DE PRAEPOSITIONIBUS

ZOSIMI

QUAESTIONES

SCRIPSIT

K. JAAKKOLA.



DE PRAEPOSITIONIBUS

ZOSIMI

QUAESTIONES

SCRIPSIT

K. JAAKKOLA,

MAG. PHILOS.

DISSERTATIO ACADEMICA

VENIA AMPLISS. PHILOS. ORDINIS ACADEMIAE

ALEXANDREAE FINLANDIAE

P. P.

IN AUDITORIO HIST.-PHIL. DIE XXVIII MAII

MCMIII H. S. A. M.



ARCTOPOLI,

TYPIS COMMUNITATIS SATACUNDIAE

MCMIII.

Inter scriptores Græcos ætatis recentioris dignissimus, quem viri docti recordentur, est Zosimus. Hic enim vices rerum ab Augusto imperatore usque ad Allarichum Romam iterum oppugnantem sermone puro breviter et venuste denarrat et recenset, nonnullas res gravissimas aliis scriptoribus non notas describit. Quamquam omnes fere scriptores sæculi quinti, quo Zosimus viguit, magno studio antiquitatem amplectebantur, sine dubio inter eos Zosimus proxime abest a dicendi genere Atticorum.

Itaque cum per omnem linguæ Græcæ ætatem maximeque apud auctores recentiores praepositiones et significatione et frequentia et iteratione varie usurpentur, has quæstiones de præpositionibus Zosimi scribere conatus sum, ut pateat, quas partes quemque locum his in rebus Zosimus teneat. Qua re quandam lucem ad explicandam grammaticam historico-syntactitam forsitan proferri posse spero.

Rem ita institui, ut omnium præpositionum cum casibus coniunctarum omnes significationes perscrutarer et usus frequentiam numeris additis denotarem. Deinde de quibus egi, uno conspectu comprehendi et illustravi.

Maximas gratias et palam hoc loco agere et semper habere debeo professori I. A. Heikel, viro doctissimo, pro illa singulari benevolentia, quam mihi in his quæstionibus scribendis præstitit et quod me consiliis et opera liberalissime adiuvit.

Editiones, quibus usus sum, hæ sunt: Zosimi comitis et exadvocati fisci Historia Nova, edidit Ludovicus Mendelssohn Lipsiæ in ædibus B. G. Teubneri MDCCCLXXXVII. — Editio gravioris corruptionis omni suspicione carens, quam dilucide lateque præfatus est, e qua verba allata a me notantur.

Zosimi Historiae Graece et Latine Recensuit, Notis criticis et commentario historico illustravit Io. Frid. Reitemeier. Ad calcem subiectæ sunt animadversiones nonnullæ C. G. Heynii. Lipsiæ apud Weidmanni Heredes et Reichium MDCCLXXXIV.

ΖΩΣΙΜΟΥ ΚΟΜΗΤΟΣ ΚΑΙ ΑΠΟΦΙΣΚΟΣΥΝΗΓΟΡΟΥ ΙΣΤΟΡΙΑ ΝΕΑ. Zosimi Comitis ex advocato fisci Historia Nova Ex recensione Friderici Sylburgii, cum Latina interpretatione Ioannis Levnclavii, et notis variorum Accurante Christophoro Cellario, editio tertia. Ienæ sumtu Io. Felic. Bielckii. MDCCXXVIIII. — Idem liber, editio Oxoniensis. MDCLXXIX.

Geschichte des Zosimus. I & II B. Aus dem Griechischen zum Erstenmale übersezt und mit Anmerkungen begleitet von Seybold und Heyler. Frankfurt am Main in der J. Chr. Hermannschen Buchhandlung 1802, 1804.

In usum meum converti quæ disseruerunt:

A) *B. Delbrück:* Die Grundlagen der Griechischen Syntax. Halle 1879.

K. W. Krüger: Griechische Sprachlehre.[6] Leipzig u. Würzburg 1891.

R. Kühner: Ausführliche Grammatik der Griechischen Sprache. II Th. §§ 511—626. Hannover 1835.

J. N. Madvig: Syntax der Griechischen Sprache.[2] Braunschweig 1884.

F. Vigerus: De præcipuis Græcæ dictionis idiotismis liber.[3] Lipsiæ MDCCCXXII. Cap. IX.

G. B. Winer: Grammatik des neutestamentlichen Sprachidioms.[5] Leipzig 1844.

B) *A. R. Alvin:* De usu præpositionis παρά apud Thucydidem. Upsaliæ 1873.

F. Birklein: Entwickelungsgeschichte d. Substantivierten Infinitivs. Würzburg 1888.

C. Bossler: De præpositionum usu apud Pindarum. Darmstadii MDCCCLXII.

Brandt: De præpositionum apud Sophoclem usu (Particul. I). Grimma 1878.

P. Debbert: De præpositionum Περί et Ἀμφί usu Thucydideo. Regimonti Pr. MDCCCLXXX.

J. Golisch: De praepositionum usu Thucydideo. P. II, III, V, VI. Schweidnitz 1861, 1865, 1877, 1883.

Z. Grundström: De usu præpositionis ΠΡΟΣ apud Thucydidem. Upsaliæ MDCCCLXXIII.

E. Hagfors: De praepositionum in Aristotelis Politicis et in Atheniensium Politia usu. Helsingforsiæ 1892.

A. Juillard: Emploi et signification de la préposition Kata dans Thucydide. Saint-Imier 1894.

F. Krapp: Der Substantivierte Infinitiv abhängig von Präpositionen und Präpositionsadverbien in der historischen Gräcität. Heidelberg 1892.

F. Krebs: Die Präpositionen bei Polybius. Würzburg 1882.

F. Krebs: Die Präpositionsadverbien in der späteren historischen Gräcität. 1 T. München 1884.

F. Krumbholz: De præpositionum usu Appianeo. Ienæ 1885.

W. Kühne: Die Präpositionen bei Herodot. Teil I. Rostock 1883.

C. Kuemmell: De præpositionis ΕΠΙ cum casibus coniunctae usu Thucydideo. Bonnae 1875.

J. P. Lagergren: De usu praepositionis ΕΠΙ apud Thucydidem. Upsaliae MDCCCLXXII.

E. Lalin: De praepositionum usu apud Aeschylum. Upsaliae MDCCCLXXXV.

Th. Lina: De praepositionum usu Platonico quaestiones selectae. Marpurgi MDCCCLXXXIX.

C. A. Lundberg: De ratione Herodotea praepositionibus utendi a scriptoribus Atticis diversa. Upsaliae MDCCCLXIX.

L. Lutz: Die Präpositionen bei den attischen Rednern. Neustadt a. d. H. 1887.

Tycho Mommsen: Beiträge zu der Lehre von den Griechischen Präpositionen. Frankfurt a. M. 1886, 1887. Berlin 1895.

R. Münss: Die Präpositionen bei Sophokles. I u. II Teil. Neuhaldensleben 1883, 1884.

C. Przybilla: De praepositionum κατά et ἀνά usu Lucianeo. Part. I. Regimonti Pr. MDCCCLXXXIII.

F. H. Rau: De praepositionis ΠΑΡΑ usu. Lipsiae MDCCCLXX.

E. Reitz: De praepositionis ΥΠΕΡ apud Pausaniam Periegetam usu locali. Friburgi Br. MDCCCLXXXXI.

A. Rueger: Präpositionen bei Iohannes Antiochenus. I Teil. Münnerstadt 1896.

U. Schaarschmidt: De ΕΠΙ praepositionis apud Pausaniam Periegetam vi et usu. Lipsiae MDCCCLXXIII.

I. Schumacher: De praepositionum cum tribus casibus coniunctarum usu Euripideo. Part. I. Bonnae MDCCCLXXXIV.

E. Seidel: De usu praepositionum Plotiniano quaestiones. Nissae MDCCCLXXXVI.

J. A. Simon: Xenophon-Studien. Vierter Teil: Die Präpositionen σύν und μετά c. gen. Leipzig 1889.

R. Thomaschewski: De praepositionis κατά vi et usu. Regimonti Pr. MDCCCLVII.

G. Tröger: Der Sprachgebrauch in der pseudolonginianischen Schrift περὶ ὕψους und deren Stellung zum Atticismus. I. T. Burghausen 1899.

F. Westphal: Die Präpositionen bei Xenophon. Freienwalde a. Oder 1888. 1891.

F. Wrede: De origine praepositionis ΕΙΣ et varia apud Graecos scriptura. Monasterii MDCCCLXVIII.

Index rerum.

Cap. I. Triptota.

Pagg.

1. Ἐπί.
   A. Cum Dativo . . . . 1.
   B. Cum Genitivo . . . . 7.
   Γ. Cum Accusativo . . . . 10.

2. Ὑπό.
   A. Cum Dativo . . . . 15.
   B. Cum Genitivo . . . . 16.
   Γ. Cum Accusativo . . . . 19.

3. Παρά.
   A. Cum Dativo . . . . 20.
   B. Cum Genitivo . . . . 22.
   Γ. Cum Accusativo . . . . 28.

4. Πρός.
   A. Cum Dativo . . . . 30.
   B. Cum Genitivo . . . . 32.
   Γ. Cum Accusativo . . . . 33.

Cap. II. Diptota.

5. Περί.
   A. Cum Genitivo . . . . 43.
   B. Cum Accusativo . . . . 45.

6. Κατά.
   A. Cum Genitivo . . . . 49.
   B. Cum Accusativo . . . . 52.

7. Διά.
   A. Cum Genitivo . . . . 59.
   B. Cum Accusativo . . . . 63.

8. Ὑπέρ.
   A. Cum Genitivo . . . . 65.
   B. Cum Accusativo . . . . 67.

9. Μετά.

A. Cum Genitivo . . . . 68.
B. Cum Accusativo . . . . 72.

Cap. III. Monoptota.

A. Cum Dativo.

10. Σύν . . . . 74.
11. Ἅμα . . . . 78.
12. Ἐν . . . . 85.


B. Cum Genitivo.

13. Ἐκ, ἐξ . . . . 93.
14. Ἀπό . . . . 102.
15. Πρό . . . . 108.
16. Ἀντί . . . . 109.

Γ. Cum Accusativo.

17. Ἀμφί . . . . 110.
18. Ἀνά . . . . 111.
19. Εἰς . . . . 111.
20. Ὡς . . . . 125.

Conspectus. 126.



CAP. I. TRIPTOTA.

1. Ἐπί.

A. Cum Dativo (232).

1. α) Locali sensu idem valet atque Latinorum in c. Abl., germanice „auf“[1]): II. 15. 4 ὥστε εἰς τὸν ποταμὸν τοὺς ἐπὶ ταύτῃ (γεφύρᾳ) ἑστῶτας πεσεῖν; I. 23. 2 τῆς ἐπὶ (τῇ) τοῦ Ταναΐδος ὄχθῃ[2]) φυλακῆς εἴχετο; — V. 9. 1 ἀλλᾶντας ὠνίους ἐπ' ἀγορᾷ προτιθείς, simil. VI. 11. 1. — Huc referendum est V. 3. 4 χορεύειν — ὡς ἐπὶ βασιλικοῖς ἐκέλευε γάμοις, sed ad temporalem vim accedit.[3])

β) Sensus localis non iam purus inest in locutione ἔχειν ἐλπίδας ἐπί —:[4]) V. 24. 8 τῇ πόλει; IV. 54. 4 αὐτῷ; I. 11. 2 τῇ βασιλείᾳ.

2. Ex hoc usu dilatato profecta videtur esse significatio, qua quid alicui infestum notatur ἐπί c. Dat., ex verbis aut substantivis pendet, = contra, „gegen“: III. 1. 1 ταῦτα ἐπὶ Γάλλῳ πεπραχώς, simil. IV. 30. 5; V. 8. 3 καὶ ἐπὶ Τιμασίῳ — ἐπιβουλὴν ἵστησιν; II. 10. 3 τὰ ἐπὶ τῷ Καίσαρι Σεβήρῳ γενόμενα.[5])

---

[1]) Cfr simil. apud Thucyd. (Kuemmell 19, 20).

[2]) Pausan. Perieget. ἐπὶ ὄχθῃ (sic!) am Ufer ἐπὶ τῇ ὄχθῃ auf dem Ufer (Schaarschmidt 13).

[3]) Euripid. Troi. 319 ἐπὶ γάμοις ἐμοῖς ἀναφλέγω — φῶς. — Cfr Isocr. XII. 264 θορυβεῖν, ὃ ποιεῖν εἰώθασιν ἐπὶ τοῖς χαριέντως διειλεγμένοις, ubi „der räumliche u. d. zeitliche Gesichtspunkt liegen vereint zu grunde“ (Lutz 114, 115).

[4]) Cfr ἐπὶ τοῖς τείχεσι τὰς ἐλπίδας ἔχειν Lycurg. (Lutz 105).

[5]) Cfr Thucyd. ἀφέντες τὴν γενομένην ἐπὶ τῷ Μήδῳ ξυμμαχίαν, I. 102. 4 = „gegen“ (Kuemmell 28); ἐπ' αὐτῇ φυλακὴν καταλι-

Haud procul ab hac significatione est ea, quae inest in locutionibus νόμον ἐπί τινι — θεῖναι[1]) V. 18. 1, κρατεῖν et παῦσαι V. 46. 4; per ἐπί enim exponitur ad quid aut quem lex attineat.

3. α) A substantivis (verbalibus) pendens notionem fere Genitivi habet: II. 47. 2 τὸν ἐπὶ τοῖς πρέσβεσι πατοῦντι θεσμόν; I. 56. 1 αἰτούντων τε συγγνώμην ἐπὶ τοῖς προλαβοῦσιν; similia sunt IV. 37. 1; IV. 58. 6; V. 51. 1; — I. 6. 3 ὡς ἂν μηδὲ ἐπ' ἐκμελέσι καὶ ἀλλοκότοις πράξεσιν αὐτῶν καταλείποιτο μνήμη[2]); V. 3. 4 τὴν ἐπὶ τῷ γάμῳ πρᾶξιν ἐθεάσατο; — IV. 41. 1 οὐ φέροντες τὴν ἐπὶ τοῖς δημοσίοις φόροις — προσθήκην, ubi vis quaedam addendi intelligi potest; VI. 7. 5 ταῖς δὲ ἐπὶ τοῖς μάντεσιν ἐλπίσιν ἑαυτὸν ἐκδούς; — I. 18. 2 ἠλάττωσε πολὺ τῷ βασιλεῖ τὴν ἐπὶ τῇ ἀσφαλείᾳ τῆς ἡγεμονίας πεποίθησιν; — I. 5 3 οἱ σφῆλαι τὴν ἐπ' αὐτοῖς αἰσχυνθήσονται ψῆφον;

β) qua de re agatur, indicat: I. 5. 2 κύβον ἀναρρίψαντες ἐπὶ ταῖς πάντων ἀνθρώπων ἐλπίσιν (cfr IV. 55. 2 ἀναρρῖψαι τὸν ὑπὲρ πάντων τῶν πραγμάτων κύβον); ὅρκους ἐπὶ τούτῳ διδόναι III. 4. 7 et λαβεῖν II. 28. 2. Huc referenda sunt: I. 17. 2 διαβόητος ἐπὶ παιδεύσει, ubi ἐπί c. Dat. latine etiam nudo Ablativo aut propter c. Acc. declarari potest; similia II. 14. 2; IV. 14. 2; V. 2. 2; — V. 9. 1 ἐπὶ πονηρίᾳ διεβεβόητο; — I. 9. 1 ἐπὶ νόμων γνώσει τε καὶ εἰσηγήσει — νομοθέτας ὑπερβαλόμενον; — IV. 15. 1 πρῶτος μὲν οὖν τῶν ἐπὶ φιλοσοφίᾳ γνωρίμων ἀνῄρητο Μάξιμος; — II. 29. 1 ἀληθῆ προεῖπον ἐπὶ πᾶσι τοῖς καθωρθωμένοις αὐτῷ.

πόντες, 4. 133. 2 = contra (Lagergren 23). — Herodot. μαθὼν τὸ γενόμενον ἐπ' ἑωυτῷ, IV. 80. (Lundberg 34). — Aeschyl. Choeph. 991 ἐπ' ἀνδρὶ τοῦτ' ἐμήσατο στύγος (Lalin 47); similiter: apud Sophocl.. (Mänss II. 21, 22); N. T. Luc. 12. 52, 53. Hæc igitur significatio non est solum „poetisch und ionisch“, ut ait Madvig 77.

[1]) Cfr eandem locutionem apud Andoc. et Demosth., (Lutz 112), Thucyd. (Lagergren 24).

[2]) Cfr Polyb. ἡ ἐπ' ἀγαθῷ μνήμη (Krebs 88); Demosth. XVIII. 284 μηνυτὴς ἐπὶ τοῖς συμβᾶσι γεγονώς (Lutz 111).

4. In notione penes quem cum εἶναι et γενέσθαι usurpatum invenitur: I. 1. 2; IV. 33. 3; V. 19. 2.[1])

5. Rarus est usus, quo negotium vel munus per ἐπί c. Dat. ex participio τεταγμένος[2]) pendens indicatur: IV. 22. 4 ἐπὶ τῷ κοιτῶνι; V. 1. 4 ἐ. τῇ βασιλικῇ θεραπείᾳ; V. 19. 2 ἐ. φυλακῇ; III. 18. 2 ἐφ' ᾧ (sc. ἔργῳ).

6. Finalis significatio ad indicandum quem ad finem, quo consilio cum nonnullis verbis mittendi, eligendi, parandi, eundi similiaque reperitur:

πέμπειν et compos. IV. 6. 4 ἐπὶ συλλήψει; IV. 32. 2 τοὺς γραμματηφόρους ἐπὶ τούτοις, cfr simil. διαπλεῖν IV. 34. 3;

σταλέσθαι II. 48. 5 ἐπὶ πρεσβείᾳ; IV. 39. 1 ἐπὶ προδοσίᾳ, cfr simil. IV. 38. 2;

αἱρεῖσθαι V. 20. 1 στρατηγὸν ἐπὶ τῷ πολέμῳ;[3]) cfr V. 29. 7;

συνειλεγμένοι II. 42. 4 ἐπὶ ταύτῃ τῇ πράξει;

διδόναι et compos. II. 12. 3 ἐπὶ πράξεσιν ἀπίστοις; II. 28. 2 ἐπὶ θανάτῳ;[4]) similia sunt: V. 18. 7; IV. 52. 4 τὴν ἐπὶ θανάτῳ (δίκην?) προσέταττον;

καταλειφθέντες III. 20. 5 ἐπὶ κατασκοπῇ;

πράττων II. 16. 1 ἐπὶ βλάβῃ ad detrimentum;

περιποιοῦντες V. 19. 4 ἐπὶ τῇ σωτηρίᾳ;

παράγειν III. 3. 5 et πωλεῖσθαι IV. 9. 3 ἐπ' ἐξαγωγῇ;[5])

ἔρχεσθαι et compos. V. 44. 2 ἐφ' οἷς; I. 69. 1 ἐπὶ τῇ τῶν λῃστῶν καταλήψει;

συνεῖναι IV. 52. 4 ἐπὶ τῇ Πρόκλου κρίσει; cfr IV. 25. 2 οἱ ἐπὶ τῇ φυλακῇ τῶν πόλεων, II. 45. 2 ἐπὶ φυλακῇ τῶν — ἐθνῶν;

---

[1]) Cfr Vigerum 616; similia apud Thucyd. (Lagergren 18): Oratores Attic. (Lutz 115); Sophocl. (Mänss II. 22); Euripid. (Schumacher 44); semel Pindar. Pyth. VIII. 76 οὐκ ἐπ' ἀνδράσι κεῖται (Bossler 54).

[2]) Cfr Orat. Attic. (Lutz 116).

[3]) Cfr Thucyd. μὴ ἰέναι ἐπὶ πολέμῳ (Kuemmell 27).

[4]) Simil. apud Antiph. et Isocr. (Lutz 109).

[5]) Cfr quæ de hac locutione senserint L., R., M., S. & H.

φυλακὴ γίνεσθαι I. 29. 3 ἐπ' ἀσφαλείᾳ. Praeterea locutio ἐπὶ τούτῳ hoc sensu apparet adiuncta verbis: ἀποδέχεσθαι I. 70. 4; κατασκευάζειν IV. 42. 6, II. 44. 3; ὀρύττειν II. 2. 4; χωρεῖν V. 13. 3 atque supra nominatis πέμπειν IV. 42. 3; σταλέσθαι I. 36. 2; V. 7. 4. — Adde: I. 69. 4 ἐπὶ τῇ — χρείᾳ κοινὸς εἶναι πεποίηκεν; II. 12. 3 ἡ ἐπὶ τούτῳ πρεσβεία.

7. Causali sensu ἐπί c. Dat. adiungitur verbis, quae affectum quendam exprimunt, ut indicetur causa, cur, propter quid aliquid fiat:[1])

ἀγανακτεῖν (particip.) I. 70. 2; IV. 17. 2 (cfr I. 18. 1 δια τὴν ὕβριν);

ἀγωνιᾶν I. 21. 1;

ἀπορεῖν (particip.) I. 12. 2; II. 2. 1; II. 11; V. 21. 4; V. 34. 1; V. 49. 2;

ἄχθεσθαι I. 55. 2; III. 3. 5; V. 13. 2; V. 15. 2; VI. 5. 2;

βαρυνόμενος I. 14. 1; I. 72; V. 21. 4;

γεμεσᾶν V. 11. 4; V. 7. 3;

δεδιώς I. 31. 3; I. 70. 2; II. 43. 3;

δυσανασχετῶν II. 10. 4; III. 9. 3; III. 20. 3; V. 21. 2; V. 9. 3;

δυσαρεστήσας V. 31. 4;[2]) (cfr I. 21. 1 εἰ τῇ αὐτοῦ δυσαρεστοῖεν ἀρχῇ);

δυσχεραίνειν I. 11. 2; I. 73. 1; II. 29. 2; III. 9. 5; V. 2. 4; V. 11. 2; V. 13. 1; V. 16. 5; V. 20. 2; V. 25. 1; VI. 7. 4 (cfr cum mero Dat. III. 16. 1);

ἐκπλαγέντες VI. 8. 2 (cfr IV. 43. 2 πρὸς τὴν ἀκοὴν ἐκπλαγείς);

εὐφραινόμενοι VI. 7. 4;

ἡσθείς V. 7. 5;

κατεδύοντο[3]) μὲν ἐπὶ τῇ ἀγνοίᾳ V. 40. 3 „puduit eos ignorantiae“.

καταπλαγείς II. 24. 1;

---

[1]) Apud Thucyd. causali intellectu exempla complura legimus, sed duo solum ἐπί c. Dat. verbis affectuum adiuncta occurrunt (Kuemmell 26, 27).

[2]) Neologismus Polybii (Krebs 87).

[3]) Cfr simil. apud Demosth. XXI. 199 (Lutz 108).

κινηθείς II. 12. 2;
μεγαλαυχούμενος II. 46. 1;
μέμφεσθαι I. 66. 2; V. 2. 3;
νεμεσᾶν V. 11. 4; VI. 7. 3;
ὀδυνᾶσθαι II. 14. 1;
ὀρρωδεῖν (particip.) I. 22. 1; II. 47. 1;
παιωνίζων III. 4. 2;
παροξυνθέντες I. 68. 2;
περιυβρισθείς VI. 1. 1;
προσκυνήσας II. 2. 2 ἐπὶ τῇ συντυχίᾳ;
σχετλιάζειν (particip.) I. 56. 3; IV. 52. 1; V. 35. 6;
ταράττεσθαι et compos. I. 14. 1; I. 21. 1; I. 38. 1; II. 3. 2; IV. 33. 1; IV. 49. 2; V. 23. 4;
φρονεῖν I. 25. 1; IV. 50. 1; V. 21. 5; V. 26. 5; cfr I. 49. 1; III. 18. 6;
χαινεῖν (particip.) II. 22. 6;
χαιρεῖν II. 17. 1; cfr V. 2. 1;
ὡράζεσθαι IV. 38. 5; IV. 51. 1.

In quibusdam locutionibus accusandi et arcessendi ἐπί c. Dat. causam rei indicat: II. 33. 4 εἰς τὸ δίκας ὑπέχειν — ἐπὶ τοῖς ἁμαρτήμασιν; I. 56. 3 ἐφ' οἷς κατηγορεῖτο; V. 44. 2 ἤχθησαν εἰς κρίσιν ἐπὶ τῇ τοιαύτῃ συκοφαντίᾳ; I. 8. 2 τῶν ἐπὶ τοῖς ἀτόποις εὐθυνομένων, V. 2. 2 καὶ ἐπὶ τοῖς οὐ κατὰ (τὸ) δέον πραττομένοις εὐθύνειν; — ἁλίσκεσθαι ἐπί[1]) — III. 23. 4; IV. 2. 4; V. 9. 1.

Addendi sunt etiam loci, in quibus ἐπί c. Dat. causali sensu e substantivis aut locutionibus, quae substantivo et verbo constant, pendet: ἀθυμίας ἐχούσης I. 54. 1; ἀμηχανία εἶχεν III. 1. 2; θρίαμβον ἐκτελῶν IV. 33. 1; εἰς μετάμελον ἐλθών V. 50. 2; εἰς ὀργὴν ἀναστάς III. 18. 1; τὸν ἐπὶ τῇ νίκῃ παιᾶνα III. 25. 7;[2]) πληγή (vulnus amoris) IV. 44. 3; φθόνῳ βληθείς III. 5. 3. — Locutio ἐπὶ τούτοις IV. 26. 8 huc est referenda.

8. Condicionalis vis indicat qua quid condicione fiat: V. 48. 3 καὶ ἐπὶ φορητοῖς καὶ μετρίοις

[1]) Cfr etiam Isocr. et Demosth. (Lutz 112).
[2]) Cfr N. T. Phil. 3. 9 δικαιοσύνη ἐπὶ τῇ πίστει.

(συνθήκαις) ποιήσασθαι τὰς σπονδάς: similia sunt V. 36. 1, 2; V. 50. 2; VI. 6. 1 οὐ τυχὼν ἐφ' οἷς ᾔτει τῆς εἰρήνης. similia I. 67. 3; III. 31. 2; IV. 44. 4; VI. 1. 2; — V. 42. 2; — V. 34. 6 οὐκ ἐφάνη στρατιώταις ἐπὶ χρήμασιν ἄρχοντας ἐπιστήσας; simil. V. 36. 1.

Locutio ἐφ' ᾧ cum infinitivo aoristi, semel (II. 20. 1) cum inf. praesentis, coniuncta est:[1]) III. 7. 7 ἐφιλοτιμήσατο τὴν εἰρήνην ἐφ' ᾧ μηδέποτε κατὰ Ῥωμαίων χεῖρας ἆραι; cetera sunt V. 42. 1; II. 20. 1; I. 68. 3 ἐφ' ᾧτε καί; — IV. 20. 6 διαβάντων μὲν ἐφ' ᾧτε — παραπέμψαι ut deducerent; similiter V. 31. 1 μετάπεμπτος γίνεται ἐφ' ᾧ — ἐπαχθῆναι ut —.

9. Temporali significatione locutiones ἐπὶ τούτῳ et ἐπὶ τούτοις usurpantur, plurime verbis intransitivis adiunctae: α) = latinum post, ἐ. τούτῳ neutr. singularis: I. 53. 2; II. 47. 2; IV. 14. 1; V. 43. 1; — ἐ. τούτοις neutr. pluralis: II. 17. 2; II. 55. 1; IV. 32. 1; IV. 42. 5; V. 3. 1; V. 5. 5; V. 22. 3; V. 43. 2; VI. 4. 2; VI. 12. 1; — ἐ. τούτῳ mascul. singularis: III. 22. 4; IV. 57. 2; IV. 15. 1, ubi cum μετὰ τοῦτον variatur, cfr simil. II. 4. 3; — ἐ. τούτοις mascul. pluralis: II. 4. 3; IV. 33. 3; IV. 38. 5; V. 32. 6; VI. 3. 1; — ἐ. ταύτῃ femin. singularis: V. 6. 4 ἡ Κόρινθος — ἠλίσκετο — — καὶ ἐπὶ ταύτῃ τὸ Ἄργος; V. 37. 2 παρατρέχει καὶ τὰς — πόλεις — — (φημὶ δὴ Κονκορδίαν καὶ Ἄλτινον καὶ ἐπὶ ταύτῃ Κρεμῶνα),[2]) β) = praeter

---

[1]) Apud Thucyd. hæc locutio semper coniungitur cum futuro indicativi (Lagergren 19). — Polybius cum futuro indicativi et infinitivo præsentis et aoristi coniungit (Krebs 89). — Aristot. Ath. Polit. cum indicativo futuri (Hagfors 90). — Cfr N. T. II. Cor. 5. 4 στενάζομεν βαρούμενοι ἐφ' ᾧ οὐ θέλομεν ἐκδύσασθαι; — Rom. 5. 12 ἐφ' ᾧ πάντες ἥμαρτον „på grund af —" (Godet — Neander).

[2]) Simili vi in versu II. 6. 9 ἐπὶ ταῖς (Μοίραις). Ceterum annotandi sunt versus a poëtarum scriptis sumti: II. 6. 13 ἐπὶ νυκτί ex oraculo quodam (cfr II. 8. 520); III. 9. 6 μοίρῃ βαίνῃ ἐπὶ πέντε εἰκοστῇ, quos etiam Ammianus habet; IV. 57. 4 ἐπ' ἤματι δακρύσας (cfr II. 19. 220), in quibus per ἐπί c. Dat. indicatur, quo certo temporis spatio quid factum sit. — Cfr fere similem usum Euripideum (Schumacher 45). — Itaque Zosimus inter eos scriptores non numerandus est, de quibus Krebs (Polyb. 86) dicit:

ἐπὶ τούτοις neutr. pluralis: I. 61. 3; III. 21. 3; III. 32. 2; IV. 13. 4; V. 33. 2; V. 50. 3; semel mascul. pluralis V. 18. 8, quae omnia notionem quandam addendi in ἐπὶ τ. inclusam esse ostendunt.[1])

Quae in ἐπὶ τούτοις addendi vis invenitur, ea etiam in his esse videtur: III. 31. 1 συνεδόκει δὲ Ῥωμαίους ἐκστῆναι τοῖς Πέρσαις — — καὶ Ζαληνῶν τε πρὸς τούτοις καὶ ἐπὶ πᾶσιν τῶν περὶ αὐτὰ φρουρίων, quo loco ἐπὶ et πρὸς fere eodem sensu usurpata sunt; — V. 17. 1 λόχους ἄλλους ἐπ' ἄλλοις ἔπεμπε στρατοπέδοις; — II. 4. 1 ἔτει — ἐπὶ τριακοσίοις πεντακοσιοστῷ καὶ δευτέρῳ, cfr Mend.

B. Cum Genitivo (82).

Huius praepositionis cum Genitivo coniunctae usus admodum restrictus est.[2])

1. Locali sensu eandem vim habet quam latinum super c. Acc. vel in c. Abl., germanice „auf“, pendens ex verbis morandi et agendi:

αἰωρεῖσθαι ἐπὶ τοῦ ὕδατος I. 52. 2;

αὐλίζεσθαι ἐπὶ τῶν τόπων III. 19. 4;

διαιτώμενοι καὶ καθεύδοντες ἐπὶ τῶν ἵππων IV. 20. 4;

διατρίβων ἐπὶ τῆς Μαρκιανουπόλεως IV. 10. 3;

εἶναι: ὁ λόφος ἐφ' οὗπερ ἡ πόλις II. 18. 2; ἐπί δὲ τῆς ἠϊόνος πηγή III. 15. 3; — figurate ἐπ' ἀσφαλοῦς III. 14. 1. Locutio οἱ ἐπί τινος de fortuita coniunctione agi indicat: οἱ ἐπὶ τοῦ τειχοῦς II. 21. 2, II. 50. 1; οἱ ἐπὶ τῆς ἀκροπόλεως III. 18. 2; οἱ et τὰ ἐπ' ἀγορᾶς IV. 30. 4, 3; οἱ ἐπὶ τῶν νέων στρατιῶται III. 25. 3; οἱ ἐπὶ τῶν ἐπάλξεων μαχόμενοι II. 49. 4. Eodem modo locutio ἐφ' ἑαυτῶν huc referenda est: εἰ μὲν οὖν ἐφ' ἑαυτῶν

„in der späteren Prosa gebräuchlich ist die Construction von ἐπί c. Dat. zur Bezeichnung des Zeitraumes, in welchem etwas geschieht.“

[1]) Cfr Ath. Polit. I. 4 (Hagfors 89).

[2]) Discrepat igitur a Thucydide (Kuemmell 6) et Polybio (Krebs 6), congruit Appiano (Krumbholz 5).

διετέλεσαν ὄντες I. 3. 1; ἐφ' ἑαυτῶν ἐγένετο τὰ στρατόπεδα IV. 58. 4, auf sich selbst gestützt, secum.[1])

ἱστάναι: ἐπὶ βάσεων λιθίνων V. 24. 7; ἐπὶ τῶν στοῶν II. 31. 1; ἐπὶ τοῦ χώματος II. 25. 1; simil. III. 18. 2; — huc referendum: οὐκ ἐφ' ἑνὸς μόνον ἵστατο πηγνύμενα (τ. βέλη) σώματος III. 21. 2 (cfr γέφυραν ἐπὶ τοῦ Θύμβριδος ἐπήγνυτο II. 15. 3); — figurate τῶν δὲ πραγμάτων ἐπὶ λεπτοτάτης ἑστώτων ἐλπίδος IV. 24. 3;

καθήμενος: ἐπὶ τοῦ θρόνου IV. 53. 2; ἐπὶ βήματος II. 5. 1;

κεῖσθαι: ἐπὶ λόφου (πόλις) II. 18. 2; II. 30. 2; V. 15. 5; (φρούριον) III. 21. 3; περικείμενον ἐπὶ τοῦ τραχήλου κόσμον V. 38. 3;

μείνειν: ἐπὶ τῆς χέρσου V. 21. 3; — ἐπ' οἴκου V. 46. 3;

αἴρειν: ἐπί τινος ἀσπίδος μετέωρον ἄραντες III. 9. 2;

θερμῆναι: τὸ ὕδωρ ἐπὶ βώμου, ἐ. τ. ἐσχάρας II. 1. 3; II. 2. 2;

μετιέναι: ἐπ' ἀγορᾶς — αἴσχρότατα IV. 28. 4; (cfr τοῖς ἁπανταχοῦ γῆς μετιοῦσι τὰς ἐμπορίας II. 38. 2); — addendum est I. 58. 1 πῦρ ἐπὶ τοῦ ἀέρος λαμπάδος ἢ σφαίρας φαίνεται δίκην;

ποιεῖν: ταῦτα — ἐπὶ τοῦ πεδίου II. 2. 3; τὰς ἀναπαύσεις ἐπ' αὐτῶν (τ. ἁμαξῶν) IV. 25. 3. ubi simil. c. φέρεσθαι;

τεταγμένος ἐπὶ τῶν πεζῶν IV. 27. 2; τῶν ὀρυγμάτων III. 22. 1, qua locutione munus vel officium exponitur, cfr simil. c. Dat.

Incertus est locus II. 18. 5 πόλις — τὸ Σίρμιον, ὃ παραρρέει ποταμὸς ἐπὶ θατέρας L. et. R., θάτερα, M., Σάος, εἰς τὸν Ἴστρον ἐμβάλλων, illud mihi rectius quam hoc videtur, nam sensus est: Sirmium in opposita parte flumen adluit, in altera mons iacet.

His in exemplis ἐπί respondet Germanorum „an“: αἱ ἐπὶ τοῦ Ἴστρου πόλεις IV. 20. 6; τὸ τοὺς πολεμίους

[1]) Cfr varias interpretationes Lavii et Vigeri. Vigerus 613—614; Thucydidem (Lagergren 9. 10).

ἐπὶ τῆς ἀντιπέραν ὄχθης ὁρᾶσθαι — τὴν διάβασιν εἴργοντας III. 16. 2.

Adiunctum verbis, quæ motum significant, notione in c. Acc., „nach“: ἀνεχώρησαν ἐπ' οἴκου[1]) I. 31. 3, I. 33. 3; ἐπὶ Θρᾴκης ἐχώρει IV. 21. 1; cfr: οὐκ ἔτι πρὸς τὸν — σωφρονισμὸν χωρεῖν ἀλλ' ἐπὶ τῆς Ῥαβέννης ἀναχωρεῖν V. 33. 2; ἐπὶ βήματός τινος — ἀνέβησαν II. 44. 3, simil. — καθίσας III. 4. 6; (cfr νεὼς ἐπιβάς III. 13. 1, IV. 5. 2, IV. 43. 1 et τῶν πλοίων ἐπιβαίνειν III. 25. 1;) ἐπὶ ποταμοῦ γεφύρας ἐγένετο V. 11. 5; ἐπὶ τῆς ἀντικρὺ ὄχθης πλῆθος — συνδραμόν III. 25. 1; — ἔπεμπεν ἐπ' οἴκου IV. 57. 1; ἐπὶ τῆς γῆς ἀφείς IV. 53. 2; ἐπί τινος ἀναβιβάσας λόφου IV. 25. 2. Huc referendum est II. 38. 3 πατέρες ἐπὶ πορνείου — θυγατέρας ἐστήσαντο.

2. Verbis perspiciendi et demonstrandi adiunctum ἐπί c. Genit indicat quasi argumentum, ex quo quid demonstratur, perspicitur[2]): V. 7. 4 ὅσα ἐπὶ Ῥουφίνου διενοεῖτο, ἐξεῖπε, de Rufino. Huc referenda est locutio ἐπὶ τῶν πραγμάτων, ubi ἐπί = „durch“: I. 1. 2 διασαφῆσαι; II. 5. 5 ἀληθῆ ταῦτα εἶναι πιστεύσωμεν; III. 9. 1 εὗρον ἀληθές; III. 32. 6 δειχθήσεται. — Ex hoc argumento declarari potest etiam locutio adverbialis ἐπ' ἀδείας, secure, „mit Sicherheit“, quæ sexies reperitur simplex: I. 52. 2; II. 22. 7; II. 25. 1; III. 12. 5; III. 30. 5; IV. 4. 1; bis ἐπὶ πολλῆς ἀδείας III. 3. 1 et III. 26. 1; semel ἐπὶ πάσης ἀδείας V. 12. 1 (cfr III. 2. 3 μετὰ πάσης ἀδείας).

---

[1]) Apud Thucyd. sexagies et septies (Kuemmell 14). — Ut apud Thucyd. et Polyb. ita etiam apud Zosimum hæc verba et intransitiva et transitiva sunt (Kuemmell 15, Krebs 79).

[2]) Cfr. Aristot.: τοῦτο ἐπὶ πολλῶν ἄν τις ἴδοι, (Hagfors 85). Similiter Polyb., „namentlich bei Verben des Sprechens, des Zeigens“ (Krebs 81). — Thucydidis exempla eiusmodi sunt, ut simul cum auctore vel causa etiam de tempore sit cogitandum, ἐπί = unter, durch (Kuemmell 17). — N. T. Gal. 3. 16 οὐ λέγει — ὡς ἐπὶ πολλῶν ἀλλ' ὡς ἐφ' ἑνός.

3. Temporali notione significat: α) tempus, quo quid evenerit: IV. 2. 2 ἣν ἔτυχεν ἐπὶ τῶν Ἰουλιανοῦ χρόνων — ποιησάμενος; IV. 33. 4 ἐπὶ τῆς τούτου βασιλείας τοσαύτην ἐπίδοσιν ἔσχεν; IV. 1. 2 ἐπὶ τῆς Ἰουλιανοῦ — τελευτῆς; IV. 41. 1 ἐφ' ἑκάστης cottidie; V. 50 3 οὔτε τὰς ἐπαρχίας — ἐπὶ τοῦ παρόντος[1]) λαβεῖν. β) cuius aetate vel sub quo quid factum sit, ἐπί c. Genit. personarum coniunctum est: III. 8. 1 καὶ νῦν ἐφ' ἡμῶν[2]) ἔτι δοκεῖ περισώζεσθαι; IV. 4. 1 Πέρσαι τε διὰ τῶν ἐπὶ Ἰοβιανοῦ σπονδῶν ἐπαρθέντες sub Ioviano[3]); IV. 33. 4 ὅ τι πρὸς αἰσχρότητα — συντελεῖ, ἠσκήθη τε ἐπὶ τούτου (Θεοδοσίου); IV. 45. 1 ἐπὶ Οὐάλεντος ἐγκεχειρισμένος ἀρχάς; V, 10. 5 ἐκ δὲ τῶν — — χρόνων καὶ ἐπὶ Θεοδοσίου τιμῶν μεγίστων ἐπιβάς; V. 36. 1 Ἀλλάριχος — τῶν ἐπὶ Στελίχωνος σπονδῶν μεμνημένος; — I. 16. 1 Γορδιανῷ — — ἐφ' οὗ (ἀφ' οὗ L.) τῆς — κατηφείας ὁ Ῥωμαίων ἀνίετο δῆμος.

Γ. Cum Accusativo (307).

1. Zosimus hac utitur præpositione cum Accusativo ad significandum et locum, in quem directus est motus, et eum finem, ad quem assequendum motus fit.

Locali sensu pendet e verbis et locutionibus, quæ motum significant, et coniunctum est nominibus terrarum, montium, fluminum, oppidorum, hominum, pronominibus, iisque appellativis, quæ ad res bellicas pertinent.

Significatione latina super c. Acc., germanica „auf" his invenitur locis: III. 34. 2 σωρόν τε λίθων μέγιστον ἐπ' αὐτὸν ἀνεγεῖραι; — II. 18. 4 εἶδον ἐπὶ τὸν ἵππον ἀναπηδῶντα τὸν Δ.; IV. 48. 3 simil. cum μεταβαίνειν; V.

[1]) Cfr Thucyd. II. 54. 3 ἐνίκησε δὲ ἐπὶ τοῦ παρόντος λοιμὸν εἰρῆσθαι „för det närvarande" (suetice, J. O. Höijer); vide notam superiorem.

[2]) ἐφ' ἡμῖν R., et L. ed. 1679; ἐφ' ὑμῖν L. ed. 1729.

[3]) Coram Ioviano (ut nonnulli voluerunt, conferentes N. T. I Tim. 6. 13, II Cor. 7. 14) verti non potest, nam indutiæ factæ sunt per duos legatos Ioviani, qui ipse tum non aderat, cfr III. 31.

6. 3 ἀναβὰς[1]) ἐπὶ τὸν κοχλίαν. cfr II. 5. 4 εἰς τὸ Καπιτώλιον ἀναβάντες et I. 42. 1 ἐπὶ Μαρκιανούπολιν ἀναβάντες M:polim delati.

Quam locupletissime in notione in, ad, versus, c. Acc. invenitur, sæpe hostili consilio, contra, his verbis et locutionibus adiunctum:

ἄγειν et compos. I. 10. 2; I. 15. 2; III. 29. 1; IV. 17. 2; V. 14. 3; VI. 2. 1;

ἀπαίρειν IV. 43. 1; ἀναζευγνύς I. 63. 2;

βαδίζειν III. 12. 2;[2])

βαίνειν I. 34. 2;

διαβαίνειν I. 2. 2; I. 4. 3; II. 19. 1; III. 6. 3; IV. 17. 1; IV. 20. 3, 5; IV. 34. 3;

διαβιβάσας I. 28. 2;

δραμεῖν et compos. II. 53. 1; IV. 5. 2; IV. 49. 2; V. 19. 3, 7; adde: ἐπὶ τὴν ἔξω Θράκην ἀπέτρεχε V. 21. 1; cfr IV. 31. 3;

ἐκδημῆσαι V. 13. 3;

ἐκδίδωσιν ὁ ποταμὸς ἐπὶ τὸν Ἴστρον II. 46. 1 (cfr ἐκδίδωσι (ἐνδίδωσι L.) εἰς III. 24. 2;

ἐλαύνειν I. 28. 2; I. 29. 1; I. 38. 2; I. 52. 1; I. 59. I. 65. 1; I. 67. 1; II. 14. 1; II. 15. 1; III. 11. 3; III. 22. 5; IV. 45. 4; V. 49. 1; VI. 1. 1;

ἐλθεῖν et compos. I. 35. 1; II. 5. 4; II. 10. 2; III. 13. 1; I. 4. 2; II. 22. 5;

ἐξορμήσας: ἐπὶ τὸν πόλεμον, II. 44. 1, ad bellum (gerendum), quæ voces coniunctæ sunt etiam cum verbis: ἐξιέναι IV. 24. 1; ἠπείγετο IV. 11. 4; παρεσκευάζετο II. 22. 1; III. 4. 1; III. 11. 3, 5;

ἰέναι et compos. I. 69. 2; II. 10. 2; II. 17. 3; II. 18. 3, 5; III. 11. 1; III. 12. 2; III. 26. 2; IV. 5. 2; IV. 13. 2; IV. 21. 1; IV. 30. 5; V. 6. 3; V. 9. 6; V. 34. 2; V. 42. 3;

[1]) Cfr eundem us. Lysiæ (Lutz 117); ἀνέβην εἰς Ἱεροσόλυμα, N. T. Gal. 2. 1.

[2]) Cfr Aristot. βαδίζειν πρός — (Hagfors 116).

— IV. 30. 3 τῶν μὲν ἐπ' ἐκεῖνα τῶν δὲ ἐπὶ τάδε κατὰ τὸ βασιλέως σύνθημα προϊόντων;[1])

ἵεσθαι II. 16. 4; V. 2. 3;

καλεῖν I. 65. 1; III. 11. 2;

ὀκεῖλαι ἐπὶ τὴν χέρσον II. 2. 2;

ὁρμᾶν I. 15. 1; I. 35. 2; I. 66. 2; III. 6. 2; III. 9. 2; VI. 13. 1; — V. 37. 1. Localis significatio non plane perspicua est in locutione ἐφ' ὅπερ: ὥρμητο IV. 13. 1, et: ἂν ὁρμήσωσι IV. 26. 5; cfr συνέθεον ἐφ' ὅπερ ἐδόκει I. 54. 1 et V. 35. 6;

παλινδρομεῖν IV. 33. 2;

παραγενέσθαι II. 10. 3;

πέμπειν et compos. VI. 7. 5; VI. 4. 1; IV. 20. 6;

περαιωθῆναι III. 14. 3; V. 18. 7, 9;

πλεῖν et compos. I. 42. 1, cfr I. 43. 1; II. 12. 1, 2; II. 26. 1; II. 30. 1; V. 7. 3; V. 37. 5; — IV. 16. 3; — V. 13. 4;

στέλλεσθαι I. 4. 1; I. 73. 2; — I. 61. 1; IV. 13. 1; — V. 14. 2;

τρέπεσθαι I. 49. 1; III. 2. 2; ἀνατρέπ. IV. 9. 4;

φεύγειν IV. 35. 5; V. 13. 4; συμφεύγ. III. 18. 2; IV. 58. 6;

χωρεῖν I. 35. 1; III. 2. 2; III. 3. 1; IV. 4. 3; IV. 35. 6; IV. 42. 2; IV. 48. 2; V. 5. 8; V. 15. 4; V. 18. 1; V. 34. 1; ἀναχωρεῖν V. 32. 5; I. 51. 2 (cfr cum εἰς II. 12. 1).

In nonnullis locutionibus ἐπί c. Acc. hoc sensu e substantivis pendet[2]) ἡ ἄνοδος I. 52. 2 (cfr ibidem τὴν πρὸς τὸ ἄναντες ἄνοδον); ἡ εἴσοδος V. 21. 1; ἡ πάροδος I. 40. 1; V. 5. 6; VI. 2. 5; VI. 5. 1; ἡ ὁδός I. 4. 1; I. 60. 1; III. 21. 5; V. 50. 1; VI. 2. 6; ἡ (sc. ὁδός) V. 15. 4; ὁδὸς ἀνάγει II. 18. 2; ὁδὸς φέρουσα I. 14. 2; IV. 42. 5; cfr V. 45. 5; στοὰ — κατάγουσα III. 11. 3; ἡ διάβασις II. 12. 2;

---

[1]) Cfr ἐπέκεινα: V. 40. 3 ἐχρῆτο ῥήμασιν ἐπέκεινα πάσης ἀλαζονείας βαρβαρικῆς, ubi præpositionis vice fungitur; III. 3. 3 πάσης ὑπερβολῆς ἐπέκεινα τὸ τρόπαιον ἔστησεν, quod postpositionem habet; II. 20. 1 τὸν μὲν Κωνσταντῖνον ἄρχειν Ἰλλυριῶν καὶ τῶν ἐπέκεινα πάντων ἐθνῶν in quo adverbium est, ut etiam in II. 30. 3; VI 2. 6.

[2]) Cfr similem usum Thucydideum (Lagergren 30, 32). — Apud Polybium „hie und da ist ἐπί von einem Substantiv regiert“ (Krebs 92).

II. 25. 2; II. 34. 1; IV. 31. 3; V. 29. 1: τῆς ἐλάσεως εἴχετο V. 6. 3; ἡ ὁρμή V. 5. 1; V. 19. 3; V. 30. 3; πόρον παρασκευάζων III. 24. 2; τῆς ἐπὶ τὸ πρόσω πορείας: ἔχεσθαι III. 11. 2; III. 17. 2; III. 23. 1; III. 36. 3; IV. 30. 5; — ἀνεῖχε IV. 10. 1; ἀποκλεῖσαι V. 36. 2; similia sunt: II. 8. 3; III. 14. 1; — III. 30. 2 εἴχετο τῆς ἐπὶ τάδε πορείας:[1]) I. 40. 1 τῆς ἐπὶ τὴν Ἰταλίαν ὁδοιπορίας εἴχετο; IV. 50. 1 ἡ τοῦ βίου ῥοπὴ — ἐφ' ἑκάτερα[1]).

Cum hoc usu arte coniuncta est significatio per: V. 32. 5 ἐπὶ τὴν πόλιν ἅπασαν οἱ στρατιῶται διασπαρέντες.

Ad spatium mensurae designandum[2]) apparet IV. 39. 1 ἐπὶ σταδίους εἴκοσι τὴν ᾐόνα κατέλαβε.

E locali abiit usus figuratus, qui his locis reperitur: V. 45. 5 ἐπὶ τὸν κολοφῶνα τῶν κακῶν ὁ δαίμων τοὺς πράττοντας ἤγαγεν; III. 32. 1 ἐπὶ τοὺς ἀνωτάτω μοι χρόνους ἀναδραμεῖν; IV. 49. 1 ἀναχωρήσαντες δὲ ἐπὶ τὴν εὐωχίαν; II. 9. 3 ὥρμησαν δὲ ἐπὶ τὴν πρᾶξιν; II. 47. 3 πάντες ἐπὶ τὸ κοινῇ λυσιτελοῦν ὥρμησαν; IV. 2. 4 παρῄεσαν ἐπὶ τὰς ἀρχάς; I. 8. 2 τρέπεται — ἐπὶ τὴν τῶν ἐκμελῶς πεπραγμένων διόρθωσιν, (cfr simil. IV. 55 3; IV. 33. 2 ἐπὶ τὴν — ἐφέροντο πεῖραν; IV. 13. 3 ἐπὶ τὰ χείρονα σαλευόμενος; IV. 29. 1 ἐπὶ τὸ χεῖρον[3]) ἐναλλαγή; — adverbialiter usurpata: II. 55. 2: ἐπὶ μεῖζον ἐλθεῖν; IV. 53. 1 ἐπὶ μέγα προῆλθε δυνάμεως; IV. 38. 2 συμπαρατείνας ἐπὶ μήκιστον τὰ στρατόπεδα; IV. 28. 2 μηκύνειν ἐπὶ πλέον τὸν λόγον: quibus annumeranda est locutio ἐπὶ τοσοῦτον[4]) = tantum ad spatium, tantum, usque: III. 29, 2 ὁ στρατὸς ἐ. τ. ἐκράτησεν[5]) ὥστε —; IV. 54. 1 παιδείᾳ προήκων ἐ. τ. ὥστε —; V. 20. 2 καὶ ἐ. τ. ταῖς γυμνασίαις ἐπέρρωσεν ὥστε —; sine ὥστε: IV. 39. 1 τοῖς ἐναντίοις ἐ. τ. τὴν διάβασιν ἀποκλείων.

---

[1]) Cfr Polyb. „Phrasen, in denen ἐπί erstarrt ist“ (Krebs 92).
[2]) Semel apud Thucyd. (Lagergren 34).
[3]) Cfr similem usum Ioh. Antioch. (Rueger 15).
[4]) Etiam apud Aristot. (Hagfors 92).
[5]) Similia apud Thucydidem (Lagergren 33).

2. Accusativis personarum ἐπί præpositum, e verbis motum significantibus pendens, indicat actionem (inimicam) in homines directam: I. 50. 1 στρατείαν ἐπὶ Παλμυρηνοὺς ἄγειν; II. 21. 1 ἦγεν ἐπ' αὐτοὺς τὰ στρατόπεδα; — figurate: III. 36. 2 ἤνεγκαν δὲ τὴν ψῆφον ἐπὶ Βαλεντινιανόν; — IV. 10. 1 ἐφ' οὓς δύναμιν ἐκπέμψας; IV. 20. 2 ἔστελλεν ἐπ' αὐτοὺς δύναμιν; — διαβαίνειν: II. 46. 1 ἐ. Ἰλλυριούς, V. 29. 4 ἐ. τὸ Νωρικὸν ἔθνος; ἐλαύνειν: II. 45. 1 ἐ. Μαγνέντιον, ἐ. Παίονας; IV. 8. 1 ἐ. ἀλλήλους; — δραμόντες ἐ. βασιλέα: IV. 21. 1; IV. 58. 6; ἰέναι I. 18. 2 ἐ. Πέρσας, προιέναι I. 4. 1 ἐ. αὐτὸν Δαρεῖον; ὁρμᾶν: I. 36. 2 ἐ. Σαπώρην, I. 23. 3 ἐ. αὐτούς, IV. 25. 3 ἐ. τὰς γυναῖκας καὶ τοὺς παῖδας; ἐξορμᾶν ἐ. Κελτοὺς καὶ Γαλάτας II. 17. 2; πλεῖν ὡς ἐ. Κελτοὺς καὶ Γαλάτας V. 37. 5; διαπλέειν ἐ. αὐτούς III. 25. 1; — στρατεύειν ἐ. Κάρπους I. 20. 1; συσταφέντων δ'ἅμα πολλῶν ἐ. αὐτόν III. 26. 5; — χωρεῖν: II. 45. 2 ἐ. Μαγνέντιον, IV. 24. 4 ἐ. Γαλάτας, VI. 10. 2 ἐ. Λίγυας; ἀναχωρεῖν II. 17. 3 ἐ. Κελτούς; — τὴν εἰσβολὴν ἐ. Πέρσας ἐποιήσατο III. 13. 3; — ἀνεκόπτετο τῆς ἐ. Πέρσας ἐλάσεως IV. 10. 1.

3. Aut fere aut plane finalis significationis sunt exempla, in quibus verbis movendi adiunctum apparet ἐπὶ τὸ c. Infinitivo: II. 48. 1 ὥρμησαν ἐπὶ τὸ περαιωθῆναι τὸν Σάον; IV. 58. 4 τῶν δὲ ἐπὶ τὸ ἑστιᾶσθαι τραπέντων; IV. 2. 3 ἐτράπησαν ἐπὶ τὸ διανεῖμαι τὰ ἔθνη; III. 25. 1 ὁ βασιλεὺς — ἐπὶ τὸ διαπλέειν ἠρεθίζετο.[1])

Quem ad finem quid fiat etiam his exemplis significatur: IV. 5. 2 τοῖς ἐπὶ ζήτησιν ἀφικνουμένοις; III. 27. 4 ἐπὶ πρεσβείαν ἀπεσταλμένος; IV. 46. 1 ἐπὶ τὴν τούτων ἔστελλε θήραν; II. 19 1 πέμπει — ἐπὶ τὴν δίωξιν; V. 34. 5 ἤγετο Στελίχων ἐπὶ τὸν θάνατον; III. 22. 7 ἐφ' ἁρπαγὴν ἐχώρει. similia: IV. 39. 4, V. 5. 6; — V. 23. 5 δοθέντος δὲ αὐτοῖς ἐπὶ τοῦτο συνθήματος

---

[1]) Cfr Krapp 95.

ἐχώρουν; — III. 16. 2 τοῖς ἀπολυθεῖσιν (ἀπολειφθεῖσιν) ἐπὶ κατασκοπήν; — II. 14. 3 τῶν στρατιωτῶν ἐγκλινάντων ἐπὶ στρατιωτικὸν τάγμα cum deflexissent ut legionem conformarent, cfr IV. 59. 1 συνενεχθῆναι τοῖς ἐπὶ τὴν τῶν θεῶν ἀποκλίνασι καταφρόνησιν.[1])

4. Significatio non trita his reperitur locis: II. 5. 3 ἐπὶ τὴν ὄχθην τοῦ ποταμοῦ τριῶν παρασκευασθέντων βωμῶν ἄρνας θύει, ubi ἐπί c. Acc. pro ἐπί c. Genit. (cfr III. 16. 2) vel παρά c. Acc. (cfr II. 5. 2) positum est. Eodem sensu a substantivo pendens: III. 12. 4 τοῖς ἐπὶ τὸν Τίγρητα χωρίοις (cfr περί c. Acc. I. 20. 1, I. 23. 1, I. 30. 2, IV. 48. 1).

5. Temporali sensu raro[2]) usurpatur, ἐπί c. Acc. temporis durationem, „per“ „während“, „auf“ significat: I. 41 ἐπὶ χρόνον συχνὸν ἔξω τῆς Γαλλιηνοῦ καταστήσας ἑαυτὸν ἐξουσίας. simil. II. 18. 3: I. 71. 1 πόλεμον — ἐπὶ χρόνον βραχὺν ἀραμένης; II. 4. 2 ἐπὶ χρόνον τῆς θυσίας ἀμεληθείσης; IV. 58. 3 ὥστε νύκτα εἶναι μᾶλλον ἐπὶ πλείονα νομίζεσθαι χρόνον; II. 41 ἐπὶ μὲν τριετῆ χρόνον τὴν ἔχθραν ἔμεινεν ἐπικρύπτων; — IV. 35. 5 ἀκροβολισμοὶ μὲν ἐπὶ πέντε μόνας ἡμέρας ἐγίνοντο.

Adverbialiter posita sunt: ἐπὶ πολύ diu III. 23. 4, IV. 34. 5, IV. 56. 3; — ἐπὶ πλέον diutius; II. 46. 1; — ἐπὶ βραχύ paullum.

2. Ὑπό.

A. Cum Dativo (23).

Ὑπό cum Dativo non ita sæpe usurpatur, cuius munere ὑπό cum Accusativo plurime fungitur.[3])

---

[1]) De II. 14. 3 et IV. 59. 1 edit. variis modis sentiunt.

[2]) Cfr Thucyd. (Kuemmell 43).

[3]) Eodem modo etiam Polyb. (cfr Krebs 47). — Apud Xenophontem parvus est numerus locorum, in quibus ὑπό c. Dat. positum est (Westphal 14). — Non copiosus est hic usus apud Orat. Attic. (Lutz 179). — In N. T. ὑπό c. Dat. non reperitur (Winer 471).

1. Localis significatio pura nusquam invenitur.[1]) Translate positum significat rationem obedientiae aut demissionis, qua quis vel quid in ditione alicuius est aut ponitur, pendet ex verbis γίνεσθαι, εἶναι, ἔχειν, ποιεῖσθαι, στρατεύεσθαι, τεταγμένος: I. 45. 1 τῆς Αἰγύπτου — τοίνυν ὑπὸ Παλμυρηνοῖς γενομένης; V. 45. 2 ὑπὸ ταῖς τῶν πολεμίων γενέσθαι χερσί; similia sunt: II. 14. 3; IV. 4. 1; V. 11. 4; II. 21. 1 τὴν οὖσαν ὑπ' αὐτῷ — χώραν; IV. 3. 1 τὰς ἐν αὐτῇ πόλεις ἔχειν[2]) ὑφ' ἑαυτῷ; III. 32. 5 ὑφ' ἑαυτοῖς τὰ χώρια ταῦτα ποιήσασθαι; IV. 47. 2 τῶν δὲ ὑπὸ Μαξίμῳ στρατευομένων; II. 50. 3 τοὺς ὑπ' αὐτοῖς τεταγμένους ὁπλίτας ἑλόμενοι; similia sunt: III. 11. 4; III. 16. 2, 3; III. 19. 1; III. 21. 5; IV. 42. 1; V. 13. 3; V. 18. 10; cfr IV. 57. 2 βαρβάρους ὑπὸ Γαΐνῃ[3]) ἔταξε.

Eodem sensu cum substantivo coniunctum: III. 7. 1 πρὸς τοὺς ὑπὸ Ῥωμαίοις Κελτοὺς μεταστῆναι; V. 17. 2 τὴν ὑπὸ Λέοντι — κατεδαπάνησαν δύναμιν.

2. Translati usus exemplum uno loco fere causalem significationem habet: II. 2. 1 ἐκτεινόντων δὲ αὐτῶν (τ. τέκνων) ὑπὸ καύματι[4]) ex æstu M., sub æstu Sylb., prae æstu Vig. 671.

B. Cum Genitivo (82).

1. Locali sensu semel reperitur: II. 3. 2 τὸν βωμὸν ὑπὸ γῆς[5]) ἵδρυσαν sub terra. — Cum locali usu cohæ-

---

[1]) Cfr Herodot. (Lundberg 37).

[2]) Similiter in oraculo quodam a Zosimo relato II. 6. 37 v. αἰὲν ὑπὸ σκήπτροισιν ὑπαυχένιον ζυγὸν ἕξει.

[3]) „Mirum ni Γαΐνῃ ἔ, scripsit“ hiatus evitandi causa (M. 213 et XXIX); sed cfr Λιβύῃ ἐν VI. 7. 6. ταύτῃ ἑστῶτας II. 15. 4; Γαΐνῃ equidem primitus fuisse puto, sed non ob hiatum evitandum, verum propter sensum loci, cfr etiam IV. 58. 2 Γαΐνῃ ἔταξε σὺν τοῖς ὑπ' αὐτὸν ἔθνεσιν ἐπελθεῖν.

[4]) Cfr Xenoph. Anab. I. 7. 6 διὰ καῦμα οὐ δύνανται οἰκεῖν.

[5]) Hoc sensu etiam Polybius illud unum ὑπὸ (τῆς) γῆς ter habet (Krebs 47); raro Xenophon (Westphal 15); cfr Lutz 178 „ξίφος

ret IV. 4. 3 ὑπὸ τίνος τε εἴη λαβὼν ὡμολόγει a quo[1]), quod exemplum est unicum, in quo ὑπό c. Genit. verbo transitivo activæ formæ adiunctum est.[2])

2. Plurimis locis ex passivis formis verborum transitivorum pendet ὑπό c. Genitivo personarum, nonnumquam animalium et rerum; quibus omnibus in exemplis actionem his verbis significatam profectam esse ab iis, quibus ὑπό præpositum est, notat. Verba sunt:

α) efficiendi: II. 2. 2 ὑπ' αὐτοῦ πεποιημένης ἐσχάρας; III. 23. 2 ταῦτα ὑπὸ Ῥωμαίων ᾠκοδομῆσθαι; IV. 53. 1 ὑπὸ Γρατιανοῦ τεταγμένος; II. 39. 2 Καῖσαρ ὑπὸ Κωνσταντίνου κατασταθείς, simil. II. 20. 1; V. 19. 5 δέει τοῦ τινὸς ἀντιστάσεως ὑπ' αὐτῶν πειραθῆναι; — IV. 20. 3 ἐκ τῆς ὑπὸ Ταναΐδος καταφερομένης ἰλύος; IV. 31. 3 ὑπὸ τοῦ πυρὸς ὁδηγούμενοι.

β) premendi: III. 30. 4 ὑπὸ τῶν πολεμίων ἐνοχλούμενοι, similiter II. 34. 2; IV. 24. 4; — I. 57. 3; III. 13. 4 ὑπὸ δὲ ἀδελφοῦ ἀδικηθείς; V. 29. 2 ὑπὸ τοῦ Αἰήτου διωκομένους; reliqua verba cum ὑπό c. Genitivo personarum sunt: II. 48. 1 ὠθεῖσθαι; I. 38. 1 ἐπάγεσθαι; II. 16. 3 συμπατεῖσθαι; I. 23. 3, II 49. 4 ἀκοντίζεσθαι et compos.; III. 6. 2 ἀπελαύνεσθαι (prtcp); IV. 44. 4 συνελαυνόμενος ὑπὸ τῆς γυναικός, similiter I. 7. 2 cum ἐπαρθείς (cfr usum, cum non de persona agitur: IV. 13. 4 τούτοις ἐπαρθεὶς τοῖς ἄθλοις; I. 42. 1 ἐκ τῶν προλαβουσῶν ἐπαρθέντες ἐφόδων); II. 49. 3 ἀποκροῦσθαι; III. 27. 3 τραπῆναι; III. 6. 2 κωλύεσθαι; V. 45. 6 κυκλοῦσθαι. — Verba, quibus ὑπό cum Genitivo rerum adiunctum est, in his exemplis reperiuntur: III. 12. 3 φρούριον κυκλούμενον ὑπὸ τοῦ ποτα-

---

ἔχων ὑπὸ μάλης, Lys., das einzige lokale Beispiel für ὑπό c. gen. bei den attischen Rednern."

[1]) Causalis enim notio quam ob rem (L.) hoc loco defendi non potest, cfr de re Procopiana Zosimi IV. 4,

[2]) Observandus tamen est versus II. 37. 11 ἦν λύκος αἰνόλυκος πτήξει κρατερῆς ὑπ' ἀνάγκης ab oraculo sumptus, in quo figurato usu etiam ᾗ = ubi, fuisse potest. (M. 94), sub necessitate trepidat; cfr Od. XIX, 156.

μου; III. 30. 3 ὑπὸ τῆς τῶν ἐλεφάντων ἀλκῆς ἐβιάζοντο; IV. 44. 4 ὑπὸ τῆς χρείας ἀναγκαζόμενος; III. 31. 2 μήτε αὐτοῖς ὑπὸ Περσικῆς ἐπιβουλευομένοις ἐνέδρας. Iterationis evitandæ causa ὑπό c. Genit. et merus Dativus idem valent: III. 30. 5 ὑπό τε τῶν περιεστώτων κακῶν καὶ προσέτι ἐνδείᾳ τροφῆς πιεζόμενοι.

γ) perdendi: I. 6. 4 ἀναιρεθεὶς ὑπο Στεφάνου, similiter I. 7. 1; I. 41; I. 50. 4; I. 53. 3; II. 16. 3; — III. 30. 3 κατασφαγῆναι; IV. 22. 3 διαφθαρῆναι; III. 27. 1 καταπρησθείς; IV. 33. 2 πεπορθημένος, cui confine est: I. 26. 1 ἀπόρθητον ὑπὸ τούτων καταλειφθῆναι; — IV. 1. 1 ὑποψία εἰσῄει ὡς ἔκ τινος γοητείας ὑπὸ τῶν φίλων αὐτῷ σκευωρηθείσης[1]) νοσοίη.

δ) capiendi: λαμβάνεσθαι et compos. I. 39. 1 εἰλημμένην ὑπὸ Σαπώρου; II. 42. 5 καταληφθεὶς δὲ ὑπὸ Γαΐσωνος, similia sunt III. 25. 6; IV. 25. 2; IV. 41. 2; — V. 23. 4 ἀπείληπτο δὲ ἡ — ἐκκλησία ὑπὸ τῶν μοναχῶν; — semel ex substantivo pendet[2]) IV. 58. 6 τῆς ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν συλλήψεως προτιμήσας.

Unum est exemplum medialis verbi passive usurpati: II. 46. 3 δεδέχθαι γὰρ ὑπ' ἐκείνου.[3])

ε) habendi: ἔχεσθαι et eius compos. II. 26. 2; III. 6. 1, 2 (bis); III. 14. 4; IV. 24. 4; — III. 14. 2 φρούριον ὑπὸ πλείστων οἰκούμενον; — hic locum habeat V. 8. 2 πόλιν — ὑπὸ Χριστιανῶν τιμωμένην οἰκοδομήμασιν.

ζ) mittendi: πέμπεσθαι et compos. IV. 49. 3; V. 45. 5; VI. 5. 2; σταλείς; V. 45. 2. 5; VI. 9. 3; — huc referendum: IV. 8. 4 στολὴν ὑπὸ Προκοπίου δεδομένην αὐτῷ.

η) videndi: III. 14. 3 ὑπὸ τῶν ἐν τῷ φρουρίῳ ὀφθέντες.

θ) suadendi: I. 47 Κοντίλλου — ὑπὸ τῶν ἐπιτηδείων συμβουλευθέντος.

---

[1]) Cfr Passow: σκευωρέομαι (med.) act. σκευωρέω raro aut numquam usurpatur; apud Zosimum II. 42. 2 τὴν ἐπιβουλὴν σκευωροῦσι; II. 12. 3 τὸ σκευωρηθὲν leguntur.

[2]) Sæpius apud Xenoph. (Westphal 15) et Polyb. (Krebs 47).

[3]) Cfr Il. XIX. 290 δέχεταί κακὸν ἐκ κακοῦ malum malo excipitur.

Quædam sunt exempla, quæ notionem non dissimilem ei, de qua supra disseruimus, præbent, ubi ὑπό cum nomine auctorem, a quo quid oritur, indicans ex verbo intransitivo pendet: V. 9. 4 πάσχειν ὑπὸ —; IV. 58. 6 φιλανθρωπίας τυχεῖν ὑπὸ —; IV. 40. 1 ἐκστάντες ὑπὸ βασιλέως βάρβαροι; — III. 32. 2 τῆς ὑπ' αὐτοῦ γενομένης εἰρήνης; IV. 50. 1 τοῖς δὲ ὑπὸ τῶν — βαρβάρων εἰς αὐτὸν — γεγονόσι — πολέμοις.

3. Causali sensu nonnullis locis reperitur ὑπό c. Genit. usurpatum ad indagandum qua re iuvante, quam ob rem quid fiat:[1]) IV. 17. 2 καὶ ὑπὸ τῆς ἄγαν ὀργῆς παραφορᾶς οὐ πόρρω γενόμενος; V. 30. 4 ὑπὸ τῆς ἄγαν ἀγχινοίας φαίνεται τὰ τῆς βασιλικῆς ὁδοῦ τεκμαιρόμενος; IV. 29. 1 τὰς δὲ πόλεις ἐπελελοίπει τὰ χρήματα τὰ μὲν ὑπὸ τῶν ἐπιτεθέντων εἰσφόρων, τὰ δὲ εἰς τὴν τῶν ἀρχόντων ἐκενοῦτο πλεονεξίαν; — I. 36. 1 οὐδενὶ τὴν — ἄμυναν ὑπὸ ἀπιστίας ἐθάρρει καταπιστεῦσαι; III. 26. 5 ὑπὸ προθυμίας ἐπιπεσὼν γυμνός; — IV. 13. 4 ὑπό τε τῆς ἄγαν ἐπιθυμίας ἀγύρταις — ἐντυγχάνων.

Γ. Cum Accusativo (41).

1. Locali sensu quater apparet et significat locum, sub quo quid fit, est: II. 3. 1 θυσίαν ὑπὸ γῆν αὐτοῖς ποιῆσαι; II. 18. 2 τὴν φάλαγγα εἰς μῆκος ἐκτείνων ὑπὸ τὸν λόφον, „unten an"; — III. 21. 4 τὴν ὑπὸ τὰ τείχη γῆν ὀρύττειν; III. 20. 5 ἐν τοῖς ὑπὸ τὸ ἄλσος ἕλεσιν ἦσαν.

2. Ditionis vel obedientiae notione ὑπό c. Acc. coniunctum est cum eisdem verbis, e quibus ὑπό c. Dat. pendet (cfr p. 16) I. 68. 2 ζῶντες ὑπὸ τοὺς Ῥωμαίους γεγόνασιν, similiter III. 32. 1, 5; — V. 34. 4 ὑπὸ τὴν τῶν στρατιωτῶν ἦν φυλακήν; IV. 25. 1 ταῖς ὑπὸ τὴν Ῥωμαίων ἀρχὴν οὔσαις πόλεσιν ἐνοχλεῖν; — II. 7. 1 πᾶσαν οἰκουμένην ὑφ' ἑαυτοὺς ἔχοντες; — I. 1. 1 μέρος τῆς Ἰταλίας ὑφ' ἑαυτοὺς ποιησάμενοι, cui similia sunt, adiuncta verbo movendi: καταστῆσαι: I. 1. 1 ὑφ' ἑαυ-

[1]) Cfr usum Xenoph. (Westphal 15, 16).

τοὺς, et V. 18. 1 ὑπὸ φυλακήν; — IV. 31 1 ὑπὸ Ῥωμαίους στρατεύεσθαι. similiter IV. 14. 1; — III. 2. 3 τοῖς ὑπ' αὐτὸν τεταγμένοις,[1]) similiter V. 18. 4: V. 34. 1; III. 29. 2; IV. 34. 2.

Eadem vi ὑπό c. Acc. reperitur in quibusdam locutionibus, ubi præpositio cum nomine suo e substantivo articulo prædito pendet atque fere pro attributo haberi potest: οἱ ὑπ' αὐτὸν: κατάσκοποι III. 14. 3: στρατιῶται IV. 46. 2; βάρβαροι V. 19. 1; Παίονες IV. 42. 5; οἱ ὑφ' ἑαυτὸν στρατιῶται I. 28. 1: αἱ ὑπὸ Ῥωμαίους πόλεις II. 5. 5; IV. 12. 1: ἡ ὑπὸ Ῥωμαίους: γῆ IV. 20. 7; ἀρχή I. 37. 3; ἡ ὑπὸ Καρχηδόνα Λιβύη II. 39. 2; II. 41; V. 11. 2; — τὰ ὑπὸ Ῥωμαίους ἔθνη I. 14. 1; IV. 12. 1; χωρία IV. 23. 6: τὰ ὑπὸ τὴν Ῥωμαίων βασιλείαν χωρία IV. 9. 1; τὰ ὑπ' αὐτὸν ἔθνη II. 42. 1; III. 3. 1; IV. 58. 2.

3. Temporalis significationis tria sunt exempla: IV. 38. 1 ὑπὸ δὲ τοὺς αὐτοὺς χρόνους ἔθνος — ὑπὲρ τὸν Ἴστρον ἐφάνη; IV. 41. 1 ὑπὸ τὴν Θεοδοσίου βασιλείαν οὕτω διεφθαρμένων, simil. V. 3. 6. quibus summatim significatur tempus,[2]) sub quod quid factum est.

3. Παρά.

A. Cum Dativo (30).

Usus Zosimi, cum Atticorum scriptorum usu comparatus, rarior est: παρά cum Dativis personarum[3]) verbis quiescendi vel manendi adiunctum est.

1. Proprie significat homines, apud quos quid manet, fit, positum est: II. 49. 2 Φιλίππου παρ' ἐκείνῳ μεμενηκότος, simil. III. 4. 4: VI. 12. 3: V. 41. 7

---

[1]) „Eine beliebte Wendung bei Polybius ist τάττεσθαι ὑπό τινα (41 mal),“ (Krebs 49). Cfr etiam Joh. Antioch (Rueger 14).

[2]) Cfr Lutz 180, Krebs 49.

[3]) Apud Xenophontem fere sine exceptione solum de personis per παρά c. Dat. (et Genit.) agitur (Westphal 10): eodem modo apud Orat. Atticos (Lutz 145) et Arist. Polit. et Ath. Polit., (Hagfors 97, 98).

ὅσα ἦν ἀρετῆς παρὰ Ῥωμαίοις; V. 3. 2 εἶχε παρ' ἑαυτῷ παρθένον κάλλει λάμπουσαν, similia II. 42. 1; II. 47. 2; VI. 12. 3; — V. 3. 5 ἀποδόντες τῇ παρὰ τῷ Προμώτου παιδὶ τρεφομένῃ παρθένῳ; IV. 8. 4 εὑρὼν δὲ βασιλικήν τινα παρὰ Μαρκέλλῳ στολὴν; — I. 12. 2 ταῦτά τε παρὰ τῇ μητρὶ θησαυρίζειν; I. 36. 2 παρὰ Πέρσαις τὸν βίον ἀπέλιπεν; — IV. 48. 5 καταλύσας παρ' αὐτῇ.[1])

Nonnumquam παρά c. Dat. in hoc usu ponitur de hominibus, apud quos quis dignitatem vel gradum honoris habet: II. 48. 5 τὰ πρῶτα παρὰ βασιλεῖ φέροντες; — IV. 36. 2 τὴν πρώτην παρ' αὐτοῖς ἱερατικὴν ἔχοντας τάξιν; II. 46. 3 μεγίστην παρὰ Μαγνεντίῳ δύναμιν ἔχοντα: III. 31. 1 τῶν ἐν δυνάμει παρ' αὐτοῖς ὄντων; II. 55. 3 ἀνὴρ δύνασθαι[2]) παρὰ τῷ βασιλεῖ — ἐπιθυμῶν.

2. Auctor vel agens, qui dicitur, per παρά c. Dat. significatur: V. 1. 1 δίκαι δὲ πᾶσαι παρ' αὐτοῖς κατ' ἐξουσίαν ἐκρίνοντο apud eos i. e. ab illis;[3]) — eiusdem sensus est III. 32. 3 Κράσσος ἁλοὺς τε — καὶ παρὰ Πέρσαις ἀποθανών a Persis interfectus.[4])

3. Eodem sensu quo latinum coram usurpatur: III. 23. 4 ὡς ἐλοιδορεῖτο παρὰ πλείστοις Ὁρμίσδην προδότην ἀποκαλῶν; V. 2. 1 Ῥουφῖνος — ἐπαίνους αὐτοῦ παρὰ τῷ βασιλεῖ Θεοδοσίῳ διεξιών.

4. Significat homines, apud quos quid valet aut quibus quid probatur, latinum apud, germanum in den Augen von —: III. 9. 5 ὡς — ἀχαρίστου παρὰ τοῖς πολλοῖς ἀποίσεται δόξαν; V. 19. 5 ἔδοξε δὲ παρὰ τοῖς σφόδρα Χριστιανίζουσι μέγα μύσος τετολμῆσθαι;

---

[1]) Cfr N. T. Luc. 19. 7 παρὰ ἁμαρτωλῷ ἀνδρὶ εἰσῆλθε καταλῦσαι.

[2]) Cfr simil. apud Aeschyl. (Lalin 27).

[3]) Artissimis finibus usus praepositionis παρά c. Dat. e passivis pendentis circumscriptus est neque reperitur nisi apud perpauca verba iudicandi et dicendi (Rau); sed apud Polybium fere tertia pars exemplorum, in quibus παρά c. Dat. coniunctum est, passivis adiuncta est (Krebs 53).

[4]) Cfr Demosth. ἀποθανεῖν παρά τινι „von jemand zum Tode verurteilt werden" (Lutz 147).

V. 27. 3 τὰ δὲ περὶ τῆς ἀναρρήσεως λεγόμενα παρὰ πᾶσιν ἐκράτει: IV. 53. 3 φανερὰ δὲ παρὰ πᾶσι τὰ τῆς — ἐγίνετο δυσμενείας (cfr III. 9. 5 ἅπασι φανερὰ γέγονεν ἡ δυσμένεια).

5. Nonnumquam eam vim παρά c. Dat. habet, ut Latinorum pronomine possessivo aut Genitivo exprimi possit: III. 4. 6 ἐκ τῶν ὄντων παρ' αὐτοῖς γραμμάτων ἀνεζήτουν τὰ τούτων ὀνόματα, ex libellis suis (cfr 1); V. 36. 1 δοῦναι δὲ καὶ αὐτὸς τῶν παρ' αὐτῷ τινὰς εὖ γεγονότας nonnullos ex suis nobiles; — III. 15. 5 ὁ γὰρ σουρήνας, ἀρχῆς δὲ τοῦτο παρὰ Πέρσαις ὄνομα hoc est nomen magistratus Persarum. — Possessorem indicat: V. 1. 1 ἡ δὲ πᾶσα δύναμις ἦν — παρὰ Ῥουφίνῳ penes Rufinum.

B. Cum Genitivo (120).

Παρά solum Genitivis personarum præpositum est.

1. Locali notione propria ex verbo veniendi[1]) pendens semel invenitur VI. 1. 1 παρὰ Κωνσταντίνου — ἀφίκετο πρὸς Ὀνώριον κατὰ πρεσβείαν a Constantino venit. Uno loco ex παραγενέσθαι pendens hoc sensu usurpatur III. 4. 6 παρὰ μὲν τῶν βαρβάρων — κατὰ τὸ συγκείμενον παραγενέσθαι τοὺς αἰχμαλώτους ἐκέλευε (ubi παρά c. Genit. etiam auctorem indicare potest. cfr p. 24). Hac vi παρά c. Genit. adiungitur substantivo[2]) IV. 55. 3 ἀπηγγέλλετο πρεσβεία παρὰ Εὐγενίου.

A locali usu profectus est etiam is usus, in quo παρά c. Genit. cum verbis accipiendi et cupiendi coniungitur, ut significet homines, a quibus quis quid accipit, acceptum habet, postulat. Verba, e quibus παρά pendet, sunt:

ἀκούειν et μανθάνειν et compos., quæ ad animum translata, accipiendi notionem habent:[3]) V. 47. 2 παρὰ

---

[1]) Sæpissime apud verba veniendi παρά adhibetur, qui usus per omnia tempora græcæ linguæ mansit (Rau 16).

[2]) Cfr Rau 18: Nonnullis locis, quamquam rarissime, verbum veniendi supplendum est.

[3]) Cfr Orat. Attic. (Lutz 143, 144); Rau 23; Sophocl. (Mänus II. 12).

τῶν στρατιωτῶν ἤκουεν; III. 9. 4 ταῦτα ἀκηκοὼς παρὰ τῶν πρέσβεων; — IV. 31. 3 παρὰ τῶν αὐτομόλων μαθόντες; IV. 7. 4 καὶ παρὰ τούτων ὅσα Προκόπιος ἐβουλεύετο προμανθάνων;

δέχεσθαι[1]) et compos. IV. 45. 3 παρὰ Μαξίμου περὶ προδοσίας ἐδέξαντο λόγους; I. 6. 2 παρὰ τούτου διαδεξάμενος τὴν ἀρχήν; I. 31. 2 παῖς παρὰ πατρὸς ἐκδεχόμενοι τὴν ἀρχήν: — IV. 40. 6 τὰς παρὰ τοῦ βασιλεύοντος ἀμοιβὰς προσεδέχετο;

εὑρέσθαι[2]) I. 55. 1 παρὰ Περσῶν βοήθειαν;

ἔχειν[3]) V. 19. 6 τὰς μὲν πόλεις ἑώρα — — τὴν παρὰ τῶν ἀρχόντων καὶ οἰκητόρων ἐχούσας φυλακήν;

λαμβάνειν[4]) I. 32. 2 πλοῖα παρὰ τῶν Βοσποριανῶν λαβόντες; V. 25. 4 μέρος δὲ ὧν εἰλήφει παρὰ τῶν Ἰσαύρων; V. 13. 2 παρὰ βασιλέως τὴν τούτων λαβὼν ἐπιμέλειαν; simil. IV. 22. 2; — I. 65. 1 παρὰ — τῶν ἀνελόντων — δίκην ἔγνω λαβεῖν; II. 28. 2 τῆς — γαμετῆς ὅρκους — παρὰ Κωνσταντίνου λαβούσης;

τυγχάνειν[5]) II. 39. 2 τῆς — παρ' αὐτοῦ Κωνσταντίνου τυχόντες ἀξίας; similia sunt II. 40. 2; VI. 2. 5;

πάσχειν IV. 21. 2 παρὰ τίνος ταῦτα πάθοι: V. 11. 3 ὅσα παρὰ τἀδελφοῦ πέπονθεν;

αἰτεῖν[6]) IV. 48. 3 παρὰ τῶν ἀγροίκων αἰτῶν: — cfr III. 8. 4 πεμφθῆναι παρὰ τοῦ Καίσαρος — ᾔτει. IV. 10. 2 ἀφεθῆναι παρὰ — τοῦ βασιλέως ἀπῄτει.

---

[1]) Herodotus præ ceteris hoc verbum usurpavit (Rau 20). — Mentionem facere debemus etiam de II. 6. 16 ab oraculo quodam sumpto: Ἥρης δεξάσθω νηὸς παρὰ σεῦ.

[2]) Sæpius Attici scriptores usurparunt inde a Xenophonte (Rau 20, Westphal 8). Cfr II Tim. 1. 18 εὑρεῖν ἔλεος παρὰ Κυρίου.

[3]) Quod verbum sententia et propria et translata haud raro dictum est (Rau 23).

[4]) Longe maxime frequentatum est λαμβάνειν eiusque composita, quod verbum inde ab Herodoto tam sæpe adhibitum est, ut instar omnium verborum ex quibus παρά c. Genit. suspensum est, existimari possit (Rau 18).

[5]) Sæpissime apud Orat. Attic τινὸς τυχεῖν παρά — (Lutz 143).

[6]) E verbis cupiendi, poscendi αἰτεῖν, αἰτεῖσθαι et composita frequentata sunt inde a Sophocle, dicit Rau, 19, sed de Sophocle tacet Männs II. 12.

2. Auctorem, a quo quid oritur, emanat, significat: γίνεσθαι[1]) cum παρά coniunctum IV. 41. 2 τοῖς παρ' αὐτῶν γεγενημένοις ὁ βασιλεὺς κινηθείς; III. 1. 2 ὃς παρὰ Διοκλετιανοῦ Καῖσαρ ἔτυχε γεγονώς; I. 29. 3 cum fictione personæ: παρὰ πάσης φυλακὴ τῆς Ἑλλάδος — ἐγίνετο. Eodem sensu atque γίνεσθαι c. παρά usurpatur II. 10. 2 λόγος ἐγκαταστὰς αὐτόθι παρὰ Μαξεντίου; II. 19. 2 Καίσαρα παρ' αὐτοῦ καταστάντα, simil. III. 30. 2; denique I. 60. 1 ἀποπειρῶνται Μαρκελλίνου τοῦ καθεσταμένου παρὰ βασιλέως ὑπάρχου, cfr 3.

Hoc sensu παρά c. Genit. ex substantivo, articulo prædito, his locis pendet, παρά cum nomine Genitivi meri vice fungitur[2]) II. 30. 1 οὐκ ἐνεγκὼν δὲ τὰς παρὰ πάντων ὡς εἰπεῖν βλασφημίας; III. 11. 1 σὺν τῷ παρὰ Κελτῶν στρατοπέδῳ — — παρῄει; V. 26. 1 τὸ παρὰ Στελίχωνος ἀνέμενε σύνθημα.

3. Plurima sunt exempla, in quibus παρά c. Genitivo ex formis passivis verborum transitivorum pendet[3]) haud aliter quam ὑπό c. Genitivo. Neque tamen sensus semper plane idem est: quamquam enim etiam παρά c. Genitivo agens est, qui vocatur, et indi-

---

[1]) Sæpissime cum παρά coniunctum auctorem significat (Rau 25, cfr Hagfors 95).

[2]) Est hic usus ad eum comparatus, ex quo a verbo aliquo praepositio suspensa est, multo rarior et a scriptoribus, qui Atticis priores sunt, paucissimis locis exceptis, alienus. In poëtarum carminibus pauca exempla inveniuntur, sed apud prosæ orationis scriptores inde ab Herodoto et Thucydide increbuit, et paullatim græcæ linguæ puritate atque elegantia labente tantopere invalescere cœpit ut genitivi meri vice fungeretur, quod apud Polybium scriptoresque recentiores sæpius factum est; cfr Rau 28; Lutz 145, Krebs 52. — Apud Zosimum perpauca sunt exempla.

[3]) Iam vetustiore ætate præpositio παρά cum Genitivo passivis coniungebatur ad significandum hominem, a cuius animo aut vi condicio passiva proficiscebatur, sed numquam nisi apud recentissimos scriptores significationem præpositionis ὑπό habet, et omnino id, quod ab aliquo exit, non quod per aliquem fit, indicat; apud Atticos παρά nisi cum passivis verborum dandi et loquendi coniuncta non reperitur; Polybio hic usus copiosissimus est; in N. T. nonnumquam invenitur (cfr Rau 26, Krebs 51, Winer 438).

cat auctorem, a quo id exit, efficitur, quod verbo significatur, sæpe accedit, quod aliquid boni auctor efficere intelligitur. Verba significationem habent:

α) efficiendi: IV. 40. 5 θεωροῦντες τὰ πραττόμενα παρὰ τοῦ σφῶν στρατηγοῦντος; — IV. 36. 3 ἱερατικὴ στολὴ παρὰ τῶν ποντιφίκων αὐτῷ προσεφέρετο; — III. 24. 2 (τὴν διώρυχα) ἔλεγον οἱ τῇδε παρὰ Τραϊανοῦ διωρύχθαι; — I. 62. 3 Αὐρηλιανὸς — μὲν οὖν ἐτάφη μεγαλοπρεπῶς αὐτόθι παρὰ τοῦ στρατοπέδου; — V. 26. 5 Στελίχων — μετὰ τοῦ στρατοπέδου παρὰ πάντων ὡς εἰπεῖν στεφανούμενος ἐπανήει; — II. 9. 3 εἰς τὸν βασίλειον θρόνον παρὰ τούτων ἀνεβιβάσθη Iulianus a prætorianis in regium solium nec invitus nec per vim ductus est.

β) premendi: V. 36. 1 Ἀλλάριχος δὲ οὐδὲ παρὰ τούτων (τ. βαρβάρων) ἐρεθιζόμενος ᾑρεῖτο τὸν πόλεμον, quamquam barbari societatis faciendæ causa ad Allarichum venerunt, tamen ne per illos quidem incitatus est; — III. 6. 3 ἀνάγκῃ δὲ τῇ παρὰ Κουάδων ἐλαύνεσθαι cum Salii in regionem romanam a Quadis pellerentur, et ipsi et Iulianus id libentissime tulerunt; — III. 20. 5 τὸ παρὰ τοῦ βασιλέως πολιορκούμενον; — V. 16. 4 τὸν ἐπαχθέντα παρὰ Οὐαλεντίνου κίνδυνον αὐτῷ, simil. V. 43. 1; — adde III. 18. 3 εἰ μετρίον τι παρὰ τοῦ βασιλέως αὐτοῖς ὑπαρχθείη (ὑπαχθείη Reitemeier).

γ) perdendi: ἀναιρεῖσθαι παρά τινος I. 33. 2; I. 64. 4; V. 47. 2, quibus locis ii, de quibus per παρά agitur, interemtionem ex sententia scriptoris e re paravisse exponuntur; eodem modo I. 7. 3 καὶ παρ' αὐτῶν διεφθάρη; — V. 9. 7 φήμη — ᾔει παρὰ Σουαγρίου τοῦ παιδὸς ἡρπάσθαι Τιμάσιον filius S. patrem T. eripuit ab illis, qui eum in exsilium deducerent; — III. 23. 2 φεύγοντα παρὰ τῶν στρατιωτῶν τὰ θηρία κατετοξεύετο.

δ) capiendi: III. 7. 6 τοῦ βασιλέως παῖδα παρὰ Χαριέττωνος εἰλημμένον Ch. filium regis barbarorum ceperat isque obses pacis apud Iulianum habebatur; — IV. 19. 1 παρὰ τοῦ πατρὸς ἀπολελειμμένος filiolus a patre in Galliam relictus, quod ipsi patri adversus barbaros ire necesse erat; I. 36. 2 ἄφνω συλλαμβάνεται

παρὰ τῶν πολεμίων Valerianus a Persis comprehensus vitam servavit. — Mediale passivum semel reperitur IV 20. 5 τὰς χεῖρας ἀνατείναντες ἱκετεύειν δεχθῆναι παρὰ βασιλέως.[1])

ε) habendi, custodiendi: I. 44. 2 τὴν Αἴγυπτον ἔγνω παρὰ Παλμυρηνῶν ἐχομένην; I. 13. 3 τῆς δὲ βασιλείας ἤδη βεβαίως παρὰ Μαξιμίνου κατεχομένης, similia sunt I. 39. 1; V. 34. 2; V. 43. 2; — ter reperitur φυλάττεσθαι παρά — II. 20. 2; V. 5. 8[2]); V. 23. 1; — οἰκεῖσθαι παρά — IV. 25. 1; IV. 48. 3.

ζ) dandi: III. 3. 2 οἱ δὲ (στρατιῶται) παρὰ Κωνσταντίου δοθέντες, similia IV. 40. 8; V. 17. 2; — II. 53. 1; V. 34. 4; — etiam cum fictione personæ V. 41. 4 ἐδόκει δοθῆναι παρὰ τῆς πόλεως; V. 21. 4 τῷ δεδομένῳ παρὰ τῆς τύχης ἀρκούμενος προτερήματι, simil. IV. 54. 2; — δωρεῖσθαι παρά — III. 11. 2; IV. 40. 7; IV. 54. 2; — huc pertinent IV. 26. 5 ὡς μὴ παρ' αὐτοῦ (Θεοδοσίου), παρὰ Οὐάλεντος δὲ ταύτην ἐπιτραπεὶς τὴν φροντίδα, simil. IV. 26. 6; V. 4. 3; — IV. 2. 3 ὅσοι παρὰ Ἰουλιανοῦ διοικήσεις ἐθνῶν ἔτυχον ἐπιτετραμμένοι.

η) mittendi: II. 52. 2 βέλει μὲν παρὰ Μενελάου πεμφθέντι βληθείς; I. 34. 3 τῷ πεμφθέντι παρὰ βασι-

---

[1]) V. 19. 4 βάρβαροι <παρὰ> τῶν ἔνδον ἀπειλημμένοι intercepti ab urbanis barbari (L.) Mendelssohn se cum Sylburgio παρὰ addidisse dicit; cum vero Sylburgii coniectura est: „Ante τῶν ἔνδον desideratur ὑπὸ, παρὰ vel similis præpositio" (Reitem. 438) et cum ὑπό et παρά c. Gen. apud Zosimum plane non idem valent, hoc loco ὑπὸ addendum est, cfr V. 23. 1 et totam coniurationem Gainæ V. 19.

In III. 19. 2 (Persæ, Romanos adgressi, vexillo militari potiti sunt, sed Iulianus irruptione facta eos terga dare coëgit et) τὸ σημεῖον ἀναλαβὼν τὸ παρὰ τῶν πολεμίων ἀφαιρεθὲν ἐπῆλθε τῇ πόλει sensus est: recepto signo, quod milites Iuliani ab hostibus rursus abstulerant, Iulianus ad urbem accessit; non, ut L. et S. & H.: quod hostes abstulerant.

[2]) Cfr V. 5. 8 ubi Mendelssohn scribit: 'ῥᾷστα τὴν πόλιν οἰόμενος ἑλεῖν διὰ τὸ μέγεθος παρὰ τῶν ἔνδον φυλαχθῆναι οὐ δυναμένην Allarichus se capere ratus est Athenas, quæ propter amplitudinem ab incolis custodiri non possent, L. et R. autem præpositionem παρὰ non habent: quæ propter amplitudinem interiorem custodiri non possent.

λέως ἡγεμόνι[1]); similia sunt I. 31. 2; II. 54. 2; V. 44. 1; VI. 8. 3; VI. 10. 2; — cfr III. 8. 4; — IV. 10. 2; — IV. 38. 3 οἱ ἐσταλμένοι παρὰ τοῦ στρατηγοῦ.

ϑ) videndi: I. 70. 4 ὡς ἂν μὴ παρὰ τῶν ἐναντίων ὁρῷτο; III. 16. 3 ὡς ἂν μὴ ὀφϑείη παρὰ τῶν Περσῶν.

ι) reverendi: IV. 40. 5 παρὰ Χριστιανῶν τιμωμένον οἰκοδόμημα; V. 21. 5 τοῖς παρ' αὐτοῦ τιμωμένοις ϑεοῖς ταύτην (τ. νίκην) ἀνατιϑείς. — Hac vi quædam reperiuntur locutiones, in quibus παρά c. Gen. verbo et nomini apposito adiunctum apparet: IV. 40. 6 Θεοδόσιος δὲ ὁ βασιλεὺς — ἀγανακτήσας ὅτι βάρβαροι τοσαύτης ἠξιωμένοι παρ' αὐτοῦ τιμῆς ἀνῃρέϑησαν, simile I. 39. 1; — V. 17. 3 ἠπείλει — ποιήσειν, εἰ μὴ τὰ σπουδαζόμενα τῷ πολεμίῳ τῆς παρὰ βασιλέως ἀξιωϑείη προνοίας ni princeps hostis postulata respicere dignatus esset (L.); V. 7. 5 τῆς προσηκούσης ἠξιώϑησαν παρὰ τοῦ βασιλέως φιλοφροσύνης; I. 5. 4 οἵ τε γὰρ κόλακες παρὰ τούτου δωρεῶν καὶ τιμῶν ἀξιούμενοι: IV. 40. 2 οὗτοι καὶ σιτήσεων — καὶ ἄλλων παρὰ βασιλέως ἠξιωμένοι δωρεῶν.

κ) loquendi, sentiendi, declarandi, eligendi: II. 47. 1 ταῦτα ῥηϑέντα παρὰ Φιλίππου: III. 4. 6 τοὺς παρὰ τῶν οἰκείων πολιτῶν καὶ κωμητῶν ὀνομασϑέντας εὑρόντες; — IV. 41. 1 οὐ φέροντες τὴν — παρὰ τῶν πρακτόρων ἐπινοουμένην προσϑήκην; — singulare est V. 18. 8 Ἰωάννης — τὰ ἀπόρρητα πάντα παρὰ βασιλέως τεϑαρρημένος; — II. 5. 5 χρησμόν, ἤδη πρὸ ἡμῶν παρ' ἑτέρων ἀνενηνεγμένον; — I. 28. 2 αἱρεῖται παρὰ τῶν τῇδε στρατιωτῶν αὐτοκράτωρ, simil. V. 30. 4; — IV. 41. 3 Ἱλάριος — ἄρχειν παρὰ βασιλέως ἐτάττετο Παλαιστίνης, simil. V. 34. 4; II. 19. 3; — II. 5. 5 κατὰ τὸν ὑφηγημένον παρὰ τοῦ ϑείου τρόπον ἐπράττετο.

Hoc loco simul mentio fiat de πέρα[2]) III. 15. 6 διῶρυξ — πέρα τοῦ συνήϑους ῥυεῖσα ultra (Kühner

[1]) Cfr Xenoph. Anab. II. 1. 17.

[2]) Cfr Krebs Präp. 44, ubi declarat παρά inde a temporibus primorum imperatorum Rom. auctoritati voculi eiusdem generis πέρα cedere incepisse.

I. 411), „præter morem“ (L.); V. 24. 2 πέρα τῆς φύσεως αὐθαδιζομένη „supra sexum adrogans“; cfr. πέραν τοῦ Ὀρόντου, Ἴστρου, I. 50. 3; V. 22. 1, trans.

Γ. Cum Accusativo (48).

1. Locali notione ex verbis movendi et quiescendi et, verbo omisso, ex substantivis pendens usurpatur ad designandum locum, in cuius vicinitatem vel usque ad quem quis venit, iuxta quem quid fit, aut propter quem quid est, germanice „neben“, „an“: IV. 38. 1 παρ' αὐτὴν ἐληλύθασι τοῦ Ἴστρου τὴν ὄχθην; II. 22. 3 προελθὼν παρὰ τὴν ἠόνα τοῦ Ἕβρου — ἐστρατοπέδευεν; — V. 21. 1 ἐξέτασσε τοὺς βαρβάρους παρὰ πᾶσαν τὴν Θρᾳκίαν ὀφρύν; — II. 5. 2 καθιεροῦτο τὰ τελούμενα παρὰ τὴν ὄχθην τοῦ Θύμβριδος; — I. 68. 2 τῶν γὰρ στρατοπέδων ὄντων παρ' ἑκάτερα ποταμοῦ αιγυος; — — II. 33. 1 τῶν παρὰ τὸν Φᾶσιν φρουρίων; IV. 10. 1 διένειμε ταῖς παρὰ τὸν Ἴστρον αὐτοῦ πόλεσιν.[1])

2. Significatione comparativa, a locali ducta, cum præpositione παρά c. nomine aliquid iuxta quid poni indicatur, aliquid cum aliqua re comparari notatur; παρά idem valet quod latinum prae, germanicum „im Vergleich zu“, fennicum „suhteen“: III.

---

[1]) Huc referenda sunt quidam loci ab oraculis sumpti: II. 6. 12 ταῦροι δὲ Διὸς παρὰ βωμὸν ἀγέσθων; — II. 6. 24 γνὺξ παρὰ βωμὸν ἀοίδιμον ἑδριόωσαι; II. 6. 5 ῥέζειν ἐν πεδίῳ παρὰ Θύβριδος ἄπλετον ὕδωρ; — II. 37. 20 τρηχὺ παρ' ἠπείρου πλευρὰς ἐπιναισεται ἕλκος, qui versus variis modis scriptus et interpretatus est: παρ' ἠπείρου πλευραῖς ἐπαΐσσεται R., ad latera hulcus crescet (L.), an des festen Landes Seiten (S. & H.), Mendelssohn παρὰ πλευρὰς scribit (cfr Polybii παρὰ πλευρὰν Krebs 55) atque e codice quodam msc profert: ἐπιναισεται (quod verbum lexicon Passowii non habet), unde ἐπανίσταται coniecit aut rarius aliquod verbum latere putabat. Leunclavii codicis ἐπινείσεται quod M. putat nullo modo ferri posse quamquam usu vetus et rarum, ut sæpe in oraculis (cfr Cicero De divinatione II. 56), tamen hoc loco aptum et significationi consentaneum esse videtur.

3. 5 μόνοι σχεδὸν παρὰ πάντας τοὺς ἄλλους ἠρίστευσαν; IV. 16. 2 (Οὐαλεντινιανὸς) — ἕτερός τις ἦν παρὰ τὸν ἐξ ἀρχῆς ἐπιτηδευθέντα τρόπον αὐτῷ; IV. 17. 1 Μεροβαύδην δὲ στρατιωτικῶν ἔργων ἐμπειρίαν ἔχειν παρὰ τοὺς ἄλλους δοκοῦντα.

Locutio παρὰ πολύ[1]) ad indicandum gradum superiorem aut inferiorem comparationis usurpatur eadem vi, qua latinum longe vel multo I. 44. 1 περιῆσαν: II. 26. 3 et IV. 24. 2 κρατεῖν; IV. 30. 1 ἐλαττωθέν.

Comparativa est notio in hoc quoque exemplo V. 18. 6 ὁ δὲ Γαΐνης αὐτὸν ᾔτει τὸν βασιλέα πρὸς ἑαυτὸν ἥκειν, οὐ γὰρ ἂν ἑτέρῳ παρὰ τοῦτόν τινι διαλέξασθαι, παρά idem est atque praeter „ausser".

3. Ex significatione loci præter quem quid movetur, translatus est usus, quo indicatur res, praeter quam actio aliqua quasi directa est, qua neglecta, contra quam actio fit[2]): παρά cum his voculis coniunctum est παρὰ πᾶσαν ἐλπίδα III. 22. 5; IV. 25. 4; IV. 43. 1; IV. 58. 1; V. 23. 2; V. 26. 5; I. 28. 2; παρ' ἐλπίδα[3]) VI. 13. 1; — παρὰ τὸ προσδοκώμενον V. 3. 1; παρὰ τὸ καθῆκον I. 7. 2; II. 33. 4; IV. 10. 4; παρὰ τὸ προσῆκον V. 2. 3; παρὰ τὰ συντεθειμένα IV. 30. 2; — παρὰ νόμον V. 18. 1; παρὰ τὴν στρατιωτικὴν ἐπιστήμην II. 32. 2; παρὰ τὴν αὐτοῦ προαίρεσίν τε καὶ γνώμην III. 9. 3; — παρὰ τὸ εἰωθός IV. 17. 2; huius sensus sunt etiam V. 28. 2 καὶ τὸ παρ' ἡλικίαν εἰς μῖξιν ἐκδοῦναι φύσεως ἀδικίαν καὶ οὐδὲν ἕτερον εἶναι; I. 64. 3 στρατιωτῶν καὶ παρὰ δύναμιν ἐπεξελθόντων ultra vires.

4. Locutio παρὰ βραχύ, quæ tribus locis invenitur, translato sensu adhibetur ad significandam alteram rem paullum ab altera differre vel abesse, quæ

[1]) Longe lateque apud Polybium usurpata (Krebs 56); Thucydides eam semper cum verbo comparativo coniungit (Alvin 13); semel apud Isocrat. (Lutz 154).

[2]) Haec „significatio ethica" apud Polybium late vagari potest, (Krebs 57); multis locis apud Orat. Atticos invenitur (Lutz 152); apud Xenophont. (Westphal 11); Aristot. (Hagfors 99), Aeschyl. (Lalin 26), Sophocl. (Mänss II. 14), Ioh. Antioch. (Rueger 11) etiam reperitur.

[3]) Cfr N. T. Rom 4. 18 παρ' ἐλπίδα ἐπ' ἐλπίδι ἐπίστευσεν.

locutio fere ad temporalem notionem spectat et idem valet quod latinum propemodum, paene, germanicum „beinahe"[1]) I. 43. 1 παρὰ βραχὺ τοῦ ταύτας (τ. πόλεις) ἑλεῖν ἐλθόντες; IV. 12. 2 νόσος — αὐτὸν παρὰ βραχὺ τοῦ βίου μετέστησεν; VI. 4. 3 παρὰ βραχὺ καταστήσαντες αὐτὸν εἰς μέγιστον κίνδυνον.

5. Usus temporalis indicat tempus, per quod quid fit I. 33. 1 γαλήνης παρὰ πάντα σχεδὸν τὸν καιρὸν γενομένης; II. 47. 2 καὶ παρὰ τὸ δεῖπνον ἣν εἶχε γνώμην ἐκφῆναι; IV. 45. 2 οἳ καὶ παρὰ τὴν βασιλέως ἀποδημίαν τὰ τῶν ὑπηκόων ἄριστα δυνήσονται διαθεῖναι.

Temporalis sensus sunt etiam hæ locutiones I. 21. 3 ὁ παρὰ πόδας κίνδυνος, II. 33. 4 ἡ παρὰ πόδας κόλασις, periculum, castigatio ante pedes i. e. praesens[2]); — III. 29. 1 πλήττεται ξίφει παρ' αὐτὴν τῆς μάχης τὴν ἀκμὴν in ipso ardore prœlii (L.).

4. Πρός.

Zosimus eodem modo, quo multi alii scriptores πρός præpositione utitur cum Dativo non ita sæpe, cum Genitivo rarissime, cum Accusativo copiosissime.[3])

A. Cum Dativo (32).

1. Proprie sigficat locum (maxime aquæ aut urbi confinem), prope vel apud quem quid iacet,

---

[1]) Apud Polybium eodem sensu: παρ' ὀλίγον, παρὰ μικρόν, e quibus, cum verbo (sæpissime ἐλθεῖν) coniunctis infinitivus c. Genitivo articuli pendet (Krebs 56); cfr simil. Lutz 153; apud Thycyd. παρ' ὀλίγον (Alvin 13); apud Aristot. παρὰ μικρόν (Hagfors 99). — Hic moneatur παραχρῆμα ut apud multos alios etiam apud Zosimum esse adverbium, cfr I. 41. 1; III. 8. 4; IV. 36. 3; IV. 48. 7; V. 11. 2.

[2]) Eodem modo apud Polybium (Krebs 55).

[3]) Neque hæc res solum apud Polybium notatu digna est, ut dicit Krebs 113, nam frequentia præpositionis πρός c. Dat., Gen., Acc. usurpatæ hæc est: apud Thucydidem 68—21—692 (Grundström, Golisch); Orat. Attic. $^0/_0$ 2,2—1—14,2 (Lutz 98); Plotin. 47—9—1243

situm est, fit; præpositio cum casu ex verbis aut substantivis pendet II. 26. 1 ἄκρον πρὸς τῷ στόματι τοῦ Πόντου κείμενον; similia sunt I. 34. 2, 3; III. 3. 3; VI. 2. 2; II. 18. 3 τοῦ δὲ Κωνσταντίνου πρὸς τῷ ὄρει τὸν στράτον τάξαντος; — III. 5. 2 τοῦ Ῥήνου πρὸς ταῖς ἐσχατιαῖς τῆς Γερμανίας ἐπὶ τὸ πέλαγος ἐκδιδόντος; — III. 3. 1 μέχρι σχεδὸν τῶν πρὸς θαλάττῃ πόλεων διεξελθόντες; I. 44. 2 Πρόβου δὲ τὸ πρὸς τῇ Βαβυλῶνι καταλαβόντος ὄρος; II. 24. 2 Λικιννίου στόλον πρὸς τῇ τῆς Ἀσίας εὑρὼν ᾐόνι; II. 15. 3 ἀπὸ τῆς ὄχθης τῆς πρὸς τῇ πόλει.

2. Addendi vi significat res aut homines, quibus vel quorum ad numerum aliquid additur II. 7. 2 διέδραμεν εἷς ἐνιαυτὸς πρὸς τοῖς ἑκατόν; V. 34. 6 τρεῖς δὲ πρὸς τοῖς εἴκοσιν ἐνιαυτοὺς ἐστρατηγηκώς; — II. 15. 2 ὥστε εἶναι τὸ στράτευμα ἱππέων δὲ μυρίων πρὸς τοῖς ἑξακισχιλίοις.[1]) — III. 30. 3 ἐπελαυνόντων δὲ αὐτοῖς τῶν Περ-

(Seidel 9); N. T. rarum—semel—sæpius (Winer pag. 471, 448, 481); Polyb. 210—3—3258 (Krebs 6); Appianus habet 14—102—468 (Krumbholz 5); Ioh. Antioch. 22—47—231 (Rueger 5).

[1]) Cfr Krebs 116: „Eigentümlichkeit der nachclassischen Gräcität in der häufigen Verwendung der Präposition πρός zur Bildung von Zahlbegriffen. Die Anfänge dieses Gebrauches gehen auf die Dichter, speciell Pindar zurück (vgl. Bossler, de præpositionum usu apud Pindarum. Darmstadt 1862); stärker tritt derselbe bei den Tragikern hervor. In der späteren Sprache kehrt dieser usus wieder, während er aber bei Polybius in mässiger Ausdehnung erscheint, greift er bei den folgenden immer weiter um sich. Die meisten Grammatiken schweigen entweder darüber oder besprechen die Sache nur im Vorübergehen und ungenau.“ Sed apud Pindarum hic usus non invenitur neque Bossler usquam in libro suo illum perhibet. Aeschyli exemplum est hoc unum: Prom. 774 τρίτος γε γένναν πρὸς δέκ' ἄλλαισιν γοναῖς (Lalin 38), Sophoclis solum hoc: Thrach. 45 δέκα μῆνας πρὸς ἄλλοις πέντε (Mänss II. 17). Immo vero dici potest hic usus a rerum scriptoribus profectus esse, cfr Thucyd. VIII. 108. 2 πληρώσας ναῦς ἐννέα πρὸς αἷς εἶχεν; VI. 104. 1 πρὸς ταῖς σφετέραις δέκα — δύο καὶ — τρεῖς προσπληρώσαντες. Apud Thucydidem „unum singulare exemplum“ (Kuemmell 29) est præpositionis ἐπί ita usurpatæ: IV. 118. 12 ἄρχειν δὲ τήνδε ἡμέραν τετράδα ἐπὶ δέκα (Dativ.) τοῦ — μηνός; hic usus (ἐπί c. Dat.) tritus est apud Appianum, qui πρός c. Dat. hac in significatione non habet (Krumbholz 54, 58). Zosimus tria solum huius usus exempla πρός c. Dat. habet.

σῶν πρὸς τῇ ἵππῳ καὶ τοὺς ἐλέφαντας. — Singulare addendi sensus exemplum reperitur II. 33. 1—3 ἑνὶ τὴν Αἴγυπτον πρὸς τῇ Πενταπόλει — καὶ προσέτι γε Κίλικας παρέδωκεν — — ἑτέρῳ δὲ — Ἠπείρους καὶ πρὸς ταύταις — Παίονας καὶ ἐπὶ τούτοις τὴν Μυσίαν — — τῷ δὲ τετάρτῳ — καὶ Ἴβηρας πρὸς τῇ Βρεττανίκῃ νήσῳ.

Notio addendi quasi in contrariam nonnumquam transit, qua de causa significatio tamquam prætereundi existit = praeter, „ausser" I. 52. 4 ἦσαν δὲ πρὸς τούτοις (τ. ἔθνεσι) οἱ τοῦ βασιλικοῦ τέλους — — οἱ δὲ ἀπὸ Παλαιστίνης πρὸς τῇ ἄλλῃ ὁπλίσει κορύνας καὶ ῥόπαλα ἐπεφέροντο; locutio πρὸς τούτοις sexies de hominibus, maxime gentibus, bis de rebus, semel de tempore usurpatum occurrit I. 29. 2; I. 52. 4; II. 15. 2; II. 39. 2; III. 31. 1; IV. 5. 5; — III. 13. 2; V. 40. 3; — II. 54. 1; — V. 41. 4 δοθῆναι πεντακισχιλίας μὲν χρυσοῦ λίτρας τρισμυρίας τε πρὸς ταύταις ἀργύρου præterea; — I. 33. 1 πόλει πολυανθρώπῳ καὶ πρὸς τοῖς ἔθνεσι στρατιώταις μυρίων ἑτέρων δύναμιν προσλαβούσῃ; III. 9. 4 ὡς προσήκει Ἰουλιανὸν ἀποθέσθαι πρὸς τῇ βασιλείᾳ καὶ τὸ τοῦ Καίσαρος σχῆμα.

B. Cum Genitivo (3).

E dicendi genere pæne evanuit.

1. Translato sensu esse ab aliquo, a parte alicuius, „auf Seitem", „zum Vorteile des —", „zu gunsten",[1]) invenitur II. 16. 1 θέσφατον εὑρὼν σημαῖνον — πρὸς ἑαυτοῦ[2]) τὸ λόγιον ἐλάμβανεν de semet ipso id oraculum accipiebat (L.), „deutete auf sich".

Quod dicit Krebs (117): „In diesen Verbindungen hat πρός vor ἐπί deshalb den Vorzug weil durch den Gebrauch von πρός der Hiatus verschwindet," facile videtur minime ad Zosimum pertinere. Atque cum addat Krebs (ex Kühner 1. 403) Polybium usurpare λείπειν c. Gen. pro δεῖν in numeralibus, in quibus 8 et 9 cum numeris denariis coniungitur, non alienum mihi videtur monere Zosimum ad eundem finem adhibere ἐλλείπειν, e. g. IV. 17. 2. I. 17. 2.

[1]) Cfr Krüger 330, Madvig 82.

[2]) Cfr Thucyd. VII. 36. 3 ἐνόμισαν — τὴν ναυμαχίαν πρὸς ἑαυτῶν ἔσεσθαι; Polyb. οὐ πρὸς αὑτοῦ νομίσας τὰ συμβαίνοντα εἶναι (Krebs 113).

2. Duobus locis cum passivis participii perfecti coniunctum apparet ad indicandun hominem, quo auctore quid (male) factum est[1]) II. 45. 1 μόνοι γὰρ ἔτυχον — ἐκ τοῦ Κωνσταντίου γένους περιλειφθέντες, τῶν ἄλλων πρὸς αὐτοῦ πάντων ἀνῃρημένων; V. 11. 4—5 Στελίχων — ἐγένετο — εἵπετο καὶ ὁ Μασκέλδηλος, σύνθημα πρὸς τούτου δεδόμενον αὐτοῖς οἱ δορυφόροι πληροῦντες.

Γ. Cum Accusativo (372).

1. Locali notione propria et translata præpositio πρός c. Acc. indicat ad vel in quem locum, ad quem hominem, ad quam rem, ad quem finem motus fiat. Adiungitur verbis:

α) veniendi et eundi:

ἀφικνεῖσθαι II. 19. 1 πρὸς τὸ πεδίον;

ἐλθεῖν III. 26. 1 πρός τι χωρίον;

ἀναδραμεῖν IV. 40. 3 πρὸς τὸ τεῖχος;

ἀποδρᾶναι II. 42. 5 πρός τινα πολίχνην;

ἀναχωρεῖν I. 65. 2 πρός τι τῶν ὑπερῴων; I. 32. 1 πρὸς τὰ μεσόγεια καὶ ὀχυρώτατα;

ἀποχωρῆσαι III. 26. 4 πρὸς τὴν ὄχθην;

χωρεῖν VI. 7. 3 πρὸς τὰ βασίλεια;

ἀνάβασιν ποιεῖσθαι I. 52. 1 πρὸς ὄρθιον;

ἀνάγεσθαι II. 30. 3 πρὸς τὸν Εὔξεινον Πόντον; V. 29. 2 πρὸς ἀντίον τὸν ῥοῦν;

ὁδὸς ἦν III. 17. 3 πρὸς ἣν (τ. ἀκρόπολιν);

ἐπανιέναι II. 21. 3 πρὸς τὰ βασίλεια;

συμφυγεῖν II. 21. 3 πρός τινα λόφον; — eodem sensu de coeli regionibus usurpatur III. 17. 4, 5 καὶ τὰ μὲν πρὸς δυσμὰς τῆς πόλεως καὶ μεσημβρίαν περιφερής τις — διέξοδος εἶχε, τοῦ δὲ πρὸς ἄρκτον μέρους παρασπασάμενοι; — τὰ δὲ πρὸς ἔξω τάφρῳ — ἐναπείληπτο: II. 8. 1 τὰ πρὸς ἀνίσχοντα ἥλιον παραδόντες; II. 22. 7

---

[1]) Cfr Appianum (Krumbholz 55), Pindarum (Bossler 61), Sophoclem (Mänss II. 14); apud Thucydidem hic usus non invenitur (Golisch VI. 15); passim apud Atticos, e. g. Xenoph. Anab. I. 9. 20 ὁμολογεῖται πρὸς πάντων.

τοῦ ἡλίου πρὸς δύσιν ὄντος; — adde III. 21. 3 χῶμα — πρὸς ὕψος ἀνιστάμενον.

De hominibus usurpatum legitur:

αὐτομολῆσαι II. 27. 1 πρὸς βασιλέα; simil. IV. 25. 2;

ἀφικνεῖσθαι II. 10. 4 πρὸς Διοκλητιανόν; similia II. 27. 4; VI. 1. 1;

ἐλθεῖν III. 13. 4 πρὸς Κωνσταντῖνον;

ἐπανελθεῖν V. 22. 2 πρὸς Ῥωμαίους; similia sunt I. 17. 1; V. 37. 5; VI. 5. 1;

ἥκειν V. 18. 6 ἧκει πρὸς ἑαυτόν;

δραμεῖν, δραμεῖσθαι VI. 13. 2 πρὸς Ὁνώριον; IV. 53. 4 πρὸς αὐτόν;

ἐκδημῆσαι VI. 1. 2 πρὸς Κωνσταντῖνον;

ἐκπλεῦσαι VI. 8. 3 πρὸς Θεοδόσιον;

ἐξορμῆσαι II. 8. 2 πρὸς τὸν πατέρα;

ἐλάσαι IV. 48. 7 πρὸς τὸ στρατόπεδον;

ἰέναι II. 46. 7 πρὸς Μαγνέντιον, similia sunt II. 49. 2; V. 21. 5;

μετιέναι V. 1. 2 κτήματα πρὸς τούτους;

μεταστῆναι III. 7. 1 πρὸς τοὺς Κελτούς, cfr I. 71. 5;

μεταχωρεῖν IV. 8. 2 πρὸς Οὐάλεντα;

καταλῦσαι IV. 5. 3 πρός τινα τῶν γνωρίμων.

Eodem sensu de rebus:

ἀφικνεῖσθαι III. 22. 2 ἤδη πρὸς τέλος τοῦ ἔργου;

ἐλθών, παρελθών IV. 12. 2 πρὸς ἥβην τελείαν. I. 29. 2 πρὸς τὴν τῶν ὅλων ἀρχήν;

παραγίνεσθαι VI. 8. 2 πρὸς συμμαχίαν;

προϊέναι VI. 13. 1 ἡ τύχη πρὸς τὰ συμβησόμενα — ὁδῷ προϊοῦσα;

ὁρμᾶν I. 62. 2 πρὸς τὴν κατὰ τοῦ βασιλέως σφαγήν; V. 19. 6 πρὸς τὸ πολεμεῖν;

τραπῆναι II. 29. 4 πρὸς τὸ καταλύειν, simile I. 20. 2 (cfr I. 18. 3 εἰς ἐπιθυμίαν ἐτράπη); III. 3. 4 πρὸς φυγήν;

στῆναι IV. 11. 2 πρὸς μάχην σταδίαν;

ἀνιστῆναι I. 18. 3 πρὸς στάσιν, simil. V. 25. 4 (cfr V. 47. 1 εἰς στάσιν ἀναστάντες);

ἐπείγεσθαι IV. 57. 3 αὐτῷ πρὸς τὴν ἔξοδον ἐπειγομένῳ; — adverbialiter III. 4. 3 οἱ δὲ βάρβαροι πρὸς ἔσχατον ἐληλακότες κινδύνου, similiter III. 15. 5.

β) mittendi et ducendi:

πέμπειν V. 5. 5 λάθρᾳ πρὸς Ἀντίοχον;

ἐκπέμπειν V. 17. 5 πρὸς βασιλέα; similia sunt V. 29. 5; V. 48. 1; VI. 9. 1;

στέλλειν II. 44. 2 πρὸς Βετρανίωνα στείλαντος; similia sunt II. 48. 5; IV. 7. 2, 3; IV. 10. 2; IV. 17. 2; IV. 37. 1; V. 7. 3; V. 40. 1; V. 42. 1; V. 43. 1; V. 45, 2;

ἀποστέλλειν III. 27. 4 ἐπὶ πρεσβείαν πρὸς τὸν βασιλέα ἀπεσταλμένος;

ἐπικηρυκεύεσθαι I. 23. 2 πρὸς τοὺς βαρβάρους; similiter I. 41. 1;

διαπρεσβεύεσθαι V. 16. 5 πρὸς τὸν Γαΐνην;

πρεσβείᾳ χρῆσθαι IV. 43. 2 πρὸς Θεοδόσιον;

γράμμασι χρῆσθαι V. 48. 4 πρὸς αὐτόν; simil. IV. 53. 4; VI. 10. 2; cfr γράμματα στείλας πρὸς Γρατιανόν IV. 32. 1, et γράμματα δοὺς πρός τινα V. 31. 6; V. 48. 3; cfr II. 27. 3 τῷ — πρὸς βοήθειαν χρήσασθαι, cui similia sunt II. 42. 2; III. 12. 3;

ἕλκειν IV. 4. 1 πρὸς ἑαυτοὺς τὸν βασιλέα;

ἄγειν I. 55. 3 τὴν Ζηνοβίαν πρὸς τὸν Αὐρηλιανόν; cum ἄγειν et ἄγεσθαι de rebus usurpatur IV. 24. 1 adverbii vice: πρὸς τὸ χεῖρον ἦγεν ἡ τύχη τὰ πράγματα; — II. 50. 1 τοῦτο πρὸς ἔργον οὐκ ἤχθη; V. 35. 3 πόλλων πρὸς δίκην ἀχθέντων; similiter locutio πρὸς τοῦτο coniunctum cum compositis ἀνάγ., ἐξάγ., συνάγ. reperitur V. 14. 2; V. 47. 1; I. 3. 2; V. 35. 6 (cfr eandem locutionem cum πέμπειν III. 16. 3, et στέλλειν IV. 37. 2); — I. 17. 2 πρὸς γάμον ἄγεται. — De rebus etiam his verbis agitur:

διδόναι V. 28. 1 τὴν ἀδελφὴν ᾔτει δοθῆναι πρὸς γάμον, (cfr IV. 44. 3 ᾔτει τὴν θυγατέρα πρὸς γάμον et V. 4. 1 ἐκδίδωσι πρὸς γάμον τὴν — θυγατέρα); — V. 17. 2 δεδομένοι Λέοντι πρὸς βοήθειαν; IV. 40. 8 δεδο-

μένα πρὸς κόσμον; — II. 42. 1 τὴν ὥραν ἐπιδιδοῦσιν αὐτῷ πρὸς διαφθοράν; — V. 17. 5 τὸν — Εὐτρόπιον ἐκδοθῆναί οἱ πρὸς τὸ πράττειν εἰς αὐτὸν ὅ τι βούλοιτο „um mit ihm zu machen“;

φέρειν V. 6. 5 τὰ πρὸς κοινὸν ὄλεθρον φέροντα, simil. V. 41. 7; IV. 20. 6; ὅσα πρὸς κοινὸν ὄφελος ἔφερον; V. 21. 3; σχεδίας πρὸς τὸ τῷ ῥεύματι δοκοῦν φερόμενας „nach der Willkühr des Stroms“;

μεταφέρειν = vertere IV. 36. 1 εἰ πρὸς τὴν Ἑλλάδα φωνὴν ἡ προσηγορία μετενεχθείη „si vox Græcam in linguam transferatur“;

ἐκποδὼν ποιήσασθαι IV. 34. 3 πρὸς τὸ μηδένα κατὰ νώτου ἔχειν;

συνελαύνειν V. 18. 2 πρὸς τὴν ἀναίρεσιν;

αἴρειν: V. 18. 3 πρὸς ὕψος τοσοῦτον.

γ) movendi, πρὸς = ad, maxime cum Acc. nominum, quæ affectum animi significant, coniungitur: II. 51. 2 πρὸς μείζονα λύσσαν ἐπαρθέντες; V. 3. 3 πρὸς μείζονα τὸν Ἀρκάδιον ἐγείρας ἐπιθυμίαν, cfr. V. 50. 3 πρὸς πόλεμον ἐγειρόμενος; IV. 14. 2 πρὸς δὲ ὀργὴν ἄμετρον ὁ βασιλεὺς ἀναστάς (cfr III. 18. 1 εἰς ὀργὴν); VI. 9. 2 κινηθέντος δὲ πρὸς ὀργὴν Ἀττάλου (cfr IV. 35. 3 εἰς πραγμάτων ἐκίνησε τοὺς στρατιώτας ἐπιθυμίαν); I. 22. 1 πρὸς τὴν τῶν πραγμάτων συνωθοῦσι κηδεμονίαν; I. 13. 1 μᾶλλον πρὸς ἀπόστασιν ἐξηρέθιστο; — I. 61. 1 πρὸς ἀπόστασιν ἰδόντας παραστησάμενος; IV. 23. 2 ὁ δὲ πρὸς τὸ ἐκδεδιῃτημένον καὶ παντάπασιν ἔκμελες τῶν ταξιάρχων ἀφορῶν; IV. 48. 4 τῆς πρεσβύτιδος καὶ πρὸς τοῦτο ἐνδούσης, similiter V. 18. 7; V. 28. 1.

δ) parandi:

παρασκευάζεσθαι I. 14. 1 πρὸς τὴν τοῦ τυράννου καθαίρεσιν, ad deiiciendum tyrannum, cfr V. 17. 5; IV. 6. 4 πρὸς ἐπίθεσιν; III. 9. 5, IV. 3. 4 πρὸς πόλεμον; II. 19. 2, V. 20. 2 πρὸς μάχην; III. 8. 4 πρὸς ἐκδημίαν; IV. 39. 1 πρὸς τὰ τοῖς βαρβάροις σκεφθέντα;

ἀρκεῖν viginti quinque locis, plurime de rebus usurpatum, maxime finali vi reperitur, e. g.: I. 11. 3 αὐτῷ πρὸς βοήθειαν; II. 28 1 αὐτῷ πρὸς μάχην; III. 20. 5

πρὸς σωτηρίαν; IV. 33. 4 πρὸς ἠθῶν καὶ βίου διαφθοράν; V. 32. 6 τούτῳ — πρὸς ἀποφυγὴν τοῦ θανάτου; IV. 31. 4 ὀλίγοι δὲ πρὸς πολλῷ πλείονας (cfr IV. 34. 1 ἄνδρα τοῖς πράγμασι κατ' οὐδὲν ἀρκέσαι δυνάμενον);

ἀσκεῖν IV. 23. 4 πρὸς πᾶσαν πολεμικὴν ἐπιστήμην ἀσκήσας;

θαρρεῖν III. 6. 4 πρὸς μὲν πόλεμον οὐδένα θαρροῦντας;

συντελεῖν II. 1. 1 συντελεῖ δὲ πρὸς — νόσων ἀκέσεις, similia III. 23. 4; IV. 33. 4;

καλεῖν I. 66. 2 πρὸς ἑαυτόν; II. 42. 3 πρὸς ἑστίασιν; III. 1. 3 πρὸς τὴν τῶν ὅλων ἀρχήν, cfr IV. 56. 2;

οἰκονομεῖν V. 31. 3 πρὸς ἀσφάλειαν τῆς βασιλείας οἰκονομῆσαι;

βούλεσθαι V. 50. 3 οὔτε τὰς — ἐπαρχίας ἔτι πρὸς οἴκησιν, ad constituendas sedes;

ἀπολείπειν III. 35. 2 πρὸς φυλακὴν ἀπολελειμμένοι;

εὐτρεπίζειν I. 33. 2 δένδρα πρὸς τοῦτο εὐτρεπισθέντα;

συνεργεῖν V. 8. 1 πρὸς πάντα Στελίχωνι συνεργήσας τὰ κατὰ τούτου βεβουλευμένα;

συλλέγειν IV. 10. 3 ἐπιέναι τοῖς — ὁρίοις — καὶ πρὸς αὐτὸ ἤδη συνειλεγμένους ἅπαντας „hanc ob causam" (L.);

συνδεῖν III. 18. 3 ξύλα μέγιστα τέσσαρα πρὸς ἄλληλα συνδήσας inter se;

γυμνάζειν IV. 23. 3 πρὸς τὸ φεύγειν γεγυμνασμένοι (cfr IV. 23. 2 καὶ ὡς εἰς φυγὴν εἰσὶ γεγυμνασμένοι). — Huc denique pertinet II. 20. 2 πρὸς πίστιν βεβαιοτέραν τοῦ ταῖς συνθήκαις ἐμμεῖναι Κωνσταντῖνος μὲν καθίστησι Καίσαρα Κρίσπον „um dessen Beobachtung noch mer zu befestigen."

ε) bellandi, qua notione πρός actionem hostiliter susceptam indicat idemque valet ac contra, adversus:

πολεμεῖν I. 5. 2 πρὸς τοὺς — βασιλεῖς καὶ πρὸς Ἀντίοχον — καὶ πρὸς τοὺς — δυνάστας πολεμήσαντες;

πόλεμον ἄρασθαι πρός τινα I. 18. 1; II. 36. 2; VI. 4. 3;

πόλεμον ἀγωνίσασθαι, διαγωνίσασθαι πρός τινα I. 3. 2; IV. 21. 1; II. 44. 1; cfr hæc verba sine πόλεμον II. 19. 3; I. 43. 2; — IV. 7. 2 ἀγωνιστέον πρός τινα; — I. 67. 3 μάχας ἠγωνίσατο πρὸς Λογγιώνας;

πόλεμον ἔχειν πρός τινα II. 44. 1, cfr VI. 5. 2 ἀντισχὼν πρὸς (τοὺς βαρβάρους);

ὁ πρός τινα πόλεμος I. 4. 2; I. 5. 1; I. 40. 1 (bis); II. 14. 1; II. 22. 1; II. 43. 1; II. 45. 2; III. 3. 1, 5; IV. 16. 1; IV. 17. 1; VI. 13. 2;

ἡ πρός τινα μάχη III. 3. 3; III. 33. 4; IV. 9. 4; IV. 13. 2; V. 15. 5; cfr I. 68. 1 δευτέρα γέγονεν αὐτῷ μάχη πρὸς Φράγγους, simile est VI. 3. 2; cfr I. 4. 3 τὴν μάχην — πρὸς αὐτὸν ποιησάμενος;

ἀντιτάττεσθαι πρὸς Ῥωμαϊκὸν στρατόπεδον I. 69. 1; —

διαπαλαῖσαι πρὸς πάντα κίνδυνον I. 70. 1, quo loco de rebus usurpatum invenitur.

Unum est exemplum singulare huius notionis I. 3. 1 γέγονεν χώρα Φιλίππῳ τὴν βασιλείαν, ἣν διεδέξατο πρὸς οὐδένα τῶν πλησιοχώρων ἀξιόμαχον οὖσαν. — — αὐξῆσαι „nulli vicinorum par viribus“ L. (cfr. IV. 7. 1 ἀξιόμαχος τοῖς βασιλεῦσι).

Locutio πρὸς ἀλλήλους, inter se, huc referenda est I. 5. 1 τοῖς — συνέχεσι πολέμοις: I. 18. 1 πόλεμοι συνέστησαν; IV. 24. 4 ὑποψία: V. 31. 1 στασιασάντες; V. 20. 4 πολεμήσαντες. — Eadem significatione locutio πρὸς ἑαυτοὺς cum verbis et huius et alius notionis coniungitur: I. 45. 2 διαστάντων πρὸς ἑαυτοὺς πεζῶν καὶ ἱππέων; IV. 22. 4 τῶν βασιλέων διὰ νεότητα φρονεῖν ταὐτὰ πρὸς ἑαυτοὺς οὐκ ἀνεχομένων „inter se concordes esse“, de suis commodis consentire cum non possent; IV. 19. 2 διελομένων δὲ πρὸς ἑαυτοὺς τὴν βασιλείαν; — III. 18. 5 μέρος (τοῦ σίτου) καὶ αὐτοὶ πρὸς ἑαυτοὺς διενείμαντο; — I. 2. 1 ἐλλόγιμον οὐδὲν οἱ Ἕλληνες φαίνονται πεπραγότες οὔτε πρὸς ἑαυτοὺς οὔτε πρὸς ἕτερον.[1])

[1]) Cfr Vigerum 664: Notandum — verbum ποιεῖν eleganter hac in acceptione adhiberi ad significandum quicquid utile vel efficax sit adversus aliud. — R. 5 interpres latinus: adversus,

ζ) ἔχειν cum adverbio aut inimicæ aut amicæ notionis, πρός idem est est quod contra, erga, in (aliquem): a) prioris generis exempla sunt I. 9. 2 δυσμενῶς πρὸς τὸν ἀδελφόν, similiter VI. 13. 2; — IV. 2. 1 ἀπεχθῶς πρὸς τοὺς — γνωρίμους, simil. V. 10. 2; — V. 4. 3 ἐγκότως πρὸς Ῥουφῖνον; — I. 38. 1 ἀλλοτρίως πρὸς τὸν βασιλέα, similia sunt I. 54. 1; IV. 55. 1; V. 12. 1; V. 26. 2; V. 30. 4; — IV. 14. 2 ὑπόπτως πρὸς ἅπαντας. IV. 5. 1; II. 15. 1; — IV. 5. 3 ὑγιῶς πρὸς τοὺς κρατοῦντας οὐκ ἔχων (cfr I. 13. 1 ἐχόντων δὲ αὐτῷ τῶν πραγμάτων οὐχ ὑγιῶς); addendum est V. 18. 3 τὸ μῖσος ὃ πρὸς αὐτὸν οἱ πολεμοῦντες ἔλεγον ἔχειν; eodem sensu διακεῖσθαι πρός τινα I. 13. 1 ἀλλοτρίως, III. 1. 2 ὑπόπτως. Adiunctum substantivo II. 17. 2 ἡ πρὸς Μαξέντιον δυσμένεια, similia III. 9. 5; IV. 53. 3; — II. 53. 2 τὸ μῖσος πρὸς αὐτόν, cfr V. 18. 3; cum fictione personæ IV. 41. 3 τὸ πρὸς τὴν πόλιν ἔχθος; — b) posterioris hæc sunt exempla III. 5. 3 εὐμενῶς πρὸς αὐτόν; II. 41 φιλίως πρὸς αὐτόν; — V. 14. 2 οἰκείως πρὸς Εὐτρόπιον, similiter IV. 54. 1; I. 19. 2 (superl.); — IV. 1. 2 ἐπιτηδείως πρὸς αὐτόν; — eodem sensu pendet ex substantivis necessitatis, amoris, cet. II. 40. 3 ἡ πρὸς αὐτὸν οἰκειότης; III. 35. 2 ἡ πρὸς Ἰουλιανὸν συγγένεια, τὸ πρὸς τὸν βασιλέα κῆδος; V. 4. 2 ἡ πρὸς τὸν βασιλέα κηδεία; — I. 12. 1 ἡ πρὸς Ἀλέξανδρον εὔνοια; simil. II. 11; I. 31. 2; ἡ πρὸς Ῥωμαίους φιλία; II. 13 ἡ πρὸς τὸ θεῖον εὐσέβεια.

2. Cum de rebus agitur, πρός præpositione significatur aliquid ad aliquam rem attinere, rem ad alteram referri aut cum altera comparari, πρός germanice „zu", „in Bezug auf", in Betreff" III. 9. 5 ὀκνηρῶς ἔχοντι πρὸς ἐμφύλιον πόλεμον; IV. 16. 5 τῶν στρατιωτῶν ἐκμελῶς πρὸς τὸ φυλάττειν — ἐχόντων.

Ex hoc usu explicanda sunt II. 10. 7 ὡς ἔχων δὲ πρὸς ταῦτα πειθήνιον; I. 52. 2 καὶ πρὸς τὸ παράγγελμα εἶχε προθύμους, ad.

Etiam cum nonnullis verbis πρός c. Acc. coniunctum in hoc sensu reperitur:

ὀκνεῖν, ἀποκνεῖν IV. 44. 1 πρὸς τὸν πόλεμον, similia sunt II. 12. 3; VI. 6. 2; — V. 40. 1 πρὸς τὸ πολεμεῖν, simil. II. 16. 3;[1])

ἀσκεῖσθαι I. 33. 3 διαφθείραντες — πᾶν ὅ τι πρὸς κάλλος ἢ μέγεθος ἤσκητο;

ἐλλείπειν IV. 45. 3 πρὸς τὴν ἔξοδον οὐδὲν ἐλλείπειν ἐδόκει;

μέλλειν V. 20. 2 ὁ Γαΐνης μέλλειν ἐδόκει πρὸς τὸν πόλεμον; — ex hoc usu declaratur V. 7. 1 Ῥουφῖνος — — οὐδὲν ἐμποδὼν ᾤετο φανήσεσθαι πρὸς τὴν τοιαύτην ἐπιχείρησιν „nihil impedimento sibi futurum in eiusmodi conatu existimabat" L. — Huc est referendum I. 50. 3 ἴδουσιν αὐτοὺς — πρὸς δίωξιν ἀπειπόντας.

3. Verbis affectuum adiunctum πρός c. Acc. causalem sensum indicat eodem modo, quo ἐπί c. Dat. I. 68. 3 πρὸς ὃ βασιλεὺς ἀγανακτήσας; II. 1. 1 ἠπόρει πρὸς τὸ — σημαινόμενον (cfr III. 5. 1 ἠπόρει περὶ τὸ πρακτέον); IV. 53. 2 πρὸς ταῦτα δυσανασχετῶν; II. 42. 2 πρὸς ἃ δυσχεραίνοντες, similia sunt IV. 26. 4; V. 23. 5; — I. 2. 3 ἐκπεπληγμένη[2]) δὲ καὶ πρὸς αὐτὴν τὴν ἀκοήν, similiter IV. 43. 2; — II. 22. 6 ἄλλους πρὸς τὸ αἰφνίδιον καταπεπληγμένους ἑστάναι; — III. 3. 2 καὶ πρὸς τὴν ἀκοὴν τοῦ τῶν βαρβάρων ὀνόματος πτώσσουσιν; — I. 40. 1 συνταραχθεὶς δὲ πρὸς τοῦτο.

4. Cum verbis dicendi et substantivis verbalibus coniunctum non ita sæpe usurpatur ad significandum apud quem, ad quem, cui quid dicatur, nuntietur, cet. germanice „zu", „vor": V. 46. 1 Ὀλύμπιον δὲ οἱ περὶ τὴν αὐλὴν εὐνοῦχοι πρὸς τὸν βασιλέα διαβαλόντες ὡς αἴτιον, cfr IV. 23. 5 διαβολαὶ πρὸς τὸν βασιλέα, quod Leunclavius vertit: „erga principem", sensus tamen idem esse potest atque in superiore exemplo; IV. 53. 1 καὶ τοσοῦτος ἦν ὥστε καὶ πρὸς τὸν βασιλέα παρρησιάζεσθαι; — III. 9. 4 εἰς τοσοῦτον ὀργῆς ἠνέχθη, ὥστε πρὸς τοὺς πρέσβεις εἰπεῖν; II. 46. 3 ὁ δὲ πρὸς μὲν τὸ στρατόπεδον ἔλεγεν — — πρὸς δὲ Μαγνέν-

[1]) Cfr Krapp 99.

[2]) Cfr eundem usum apud Plotinum (Seidel 41).

τιον —; VI. 9. 1 καὶ πρὸς μὲν τὴν γερουσίαν παραιτεῖται πληρῶσαι τὴν πρεσβείαν, ἀφεὶς πρὸς αὐτὴν ἀπρεπῆ τινὰ ῥήματα; — V. 7. 8 πρὸς τὸν βασιλέα ποιεῖται λόγους (cfr VI. 2. 4 τοῦ στρατηγοῦ λόγους τῷ Σάρῳ πρόσαγοντος); III. 31. 1 λόγων περὶ τούτου γενομένων πρὸς ἀλλήλους; I. 70. 3 ὅσα πέπραχέν τε καὶ ἔπαθεν πρὸς τούτους ἐκφήνας; II. 2. 3 ἀφηγήσαντο πρὸς τὸν πατέρα τὸ ὄναρ; — V. 23. 2 ἐν ταῖς πρὸς τὸ πλῆθος ὁμιλίαις; V. 41. 1 τῇ πρὸς τὸ θεῖον εὐχῇ; — VI. 10. 1 οἱ πρὸς Ἄτταλον ὅρκοι; V. 51. 1 πρὸς τὸν θεὸν δεδομένος ὅρκος. — Huc referenda est locutio τὰ πρὸς Πέρσας IV. 21. 1.

5. Ad significandos homines, quibuscum de constituenda pace, fide, societate, similibusque conficitur[1]), πρός fere idem est atque latinum cum: IV. 3. 1 ἐδόκει τῷ Οὐαλεντινιανῷ διελομένῳ πρὸς τὸν ἀδελφὸν τὴν ἀρχήν ad fratrem, cum fratre; — V. 29. 6, V. 51. 1 εἰρήνην πρὸς Ἀλλάριχον ποιεῖσθαι; similiter usurpatur εἰρήνην πρός τινα V. 30. 1 καταπραξάμενος; I. 25. 1, III. 32. 4 τίθεσθαι; V. 44. 1 βεβαιοῦσθαι; III. 33. 1, VI. 12. 3 γίνεσθαι; V. 49. 2, VI. 13. 1 ἔσεσθαι; — I. 30. 3, V. 18. 4 σπονδὰς ποιεῖσθαι πρός τινα, similiter συνθήκας V. 26. 2, et ὁμαιχμίαν V. 42. 1; — V. 22. 3 σπονδὰς τίθεσθαι πρός τινα, similiter φιλίαν I. 19. 1; — V. 14. 3, 5 συνεκεῖτο πρὸς Τριβίγιλδον αὐτῷ et πρὸς αὐτὸν Τριβιγίλδῳ. Huius sensus est etiam V. 28. 2 τοῦ γάμου τοῦ πρὸς Μαρίαν Ὀνωρίῳ συνισταμένου.

6. Ex adiectivis pendens significat aliquem vel aliquid ad aliquid aptum, paratum, idoneum, cet. esse aut non esse:

ἀξιόχρεως II. 9. 1 πρὸς βασιλείαν; I. 3. 2 πρὸς τοῦτο;

ἁρμόδιος IV. 45. 1 πρὸς τοῦτο; IV. 54. 2 πρὸς ἀγαθὴν βασιλείαν (cfr V. 5. 3 ἁρμόδιον οἷς ἐβούλετο εὑρών); — ἀναρμόδιος I. 29. 1 πρὸς βασιλείαν;

---

[1]) Cfr Orat. Attic. (Lutz 165).

ἕτοιμος I. 14. 2 πρὸς τὴν ἐπανάστασιν; II. 18. 4 πρὸς δρασμόν; IV. 1. 1 πρὸς ὀργήν; V. 13. 2 πρὸς πᾶσαν ἀπόνοιαν; V. 40. 1 πρὸς εἰρήνην; V. 45. 2 πρὸς πάντα κίνδυνον; VI. 8. 2 πρὸς φυγήν;

ἐπιτήδειος II. 12. 3 καιρὸς πρὸς ἀπόστασιν; III. 13. 3 ξύλα πρὸς μηχανάς; III. 18. 6 (ὅπλα) πρὸς πόλεμον; III. 21. 3 ὕδωρ, πρὸς πότον; III. 36. 2 παῖδα — πρὸς τοσαύτης ἀρχῆς ὄγκον; V. 21. 2 ξύλα πρὸς ὑποδοχὴν ἀνδρῶν τε καὶ ἵππων;

εὐτρεπής III. 9. 1 πρὸς ἐκδημίαν; III. 22. 2 πρὸς τὸ ἀναδῦναι; IV. 39. 5 πρὸς τὸν εἰρημένον πόλεμον; V. 24. 8 πρὸς ἀνανέωσιν;

ἀπαράσκευος III. 17. 2 πρὸς τοῦτο;

πονηρότερος V. 5. 1 ἄνδρας εὗρε πρὸς ταῦτα;

ἀναγκαῖος V. 23. 4 (μοναχοὶ) συστήματα δὲ πολυάνθρωπα κατὰ πόλεις πληροῦσιν ἀνθρώπων ἀγάμων, οὔτε πρὸς πόλεμον οὔτε πρὸς ἄλλην τινὰ χρείαν ἀναγκαίων[1]) τῇ πολιτείᾳ;

ἄπορος IV. 44. 2 Ἰουστῖνα — οὔτε πρὸς τὴν τοῦ συμφέροντος εὕρεσιν ἄπορος „nec inops consilii ad inveniendum id, quod expediret" L.

7. Adverbialiter sumi potest πρός c. Acc. his locis V. 21. 2 πρὸς πᾶσαν ἀκρίβειαν peraccurate; V. 45. 3 πρὸς ἀκρίβειαν; I. 51. 1 ἄνδρα — ἐμφέρειάν — πρὸς τὴν τοῦ βασιλέως ἰδέαν δοκοῦντά πως ἔχειν εὑρών; IV. 10. 2 πρὸς οὐδὲν — ὑπήκουε; — II. 36. 2 πρὸς τὸ δοκοῦν λυσιτελεῖν ἑρμηνεύοντα τὸ λόγιον, licenter, „qui suis ex commodis interpretaretur" L.; IV. 8. 3 τοῦ στρατηγοῦ τὸ πρᾶγμα πρὸς τὸ τῷ βασιλεῖ λυσιτελοῦν διαθέντος cum rem ita composuisset ut imperatori expediebat L.

Locutio πρὸς τοῦτο his in exemplis fere idem valet quod latinum etiam, praeterea IV. 35. 3 ἐκίνει δὲ πρὸς τοῦτο πλέον αὐτούς; IV. 7. 1 βαρβάρων αὐτῷ πλῆθος προσετίθετο, πρὸς τοῦτο δὲ αὐτοὺς ἐπεσπάσατο — τὸ κλέος.

---

[1]) In textu: ἀναγκαίαν, sed auctor fortasse ἀναγκαίων scripsit ut malunt Sylb. et Mendelssohn.

Adverbialiter etiam temporali significatione semel usurpatur II. 42. 3 πρὸς βραχύ „perexiguum ad tempus“ (L.), nisi temporalem sensum inesse putes etiam in I. 21. 1 συλλαβέσθαι οἱ πρὸς τὰ καθεστῶτα „in der gegenwärtigen Lage“ (S. & H.).

CAP. II. DIPTOTA.

5. Περί.

Haec præpositio a Zosimo cum Dativo non est usurpata.[1]) — Anastrophe[2]) semel invenitur III. 27. 3 εἰρήνης πέρι καὶ καταλύσεως τοῦ πολέμου διαλεξόμενος, cfr tamen II. 30. 3.

A. Cum Genitivo (78).

Περί c. Genit. adhibetur, ut significet res aut homines, de quibus sermo vel cogitatio est, ad quos actio aliqua pertinet; περί idem valet quod latinum de, germanice „rücksichtlich“. Hoc sensu coniungitur cum verbis et substantivis verbalibus, quæ vim habent:

---

[1]) Cum Dativo iungitur περί persæpe ab Herodoto (Lundberg 26). Thucydides solum quindecim locis περί c. Dat. copulatum habet (Debbert 19—21), Xenophon tredecim (Westphal 13). — In maxima multitudine præpositionum apud Oratores Attic. περί c. Dat. non nisi uno loco, Isocrat. ep. IX. 10 invenitur (Lutz 99, 135). Apud Polybium et Plotinum eodem modo semel occurrit (Krebs 8, Seidel 10). — Inter 879 περί Appiani solum 31 c. Dat. reperiuntur (Krumbholz 5). — Verisimile est περί c. Dat. ab Aristotele nusquam scriptum esse (Hagfors 74). Sophocles duo huius usus exempla habet (Mänss II. 11, cfr tamen Lalin 23, qui quinque Aeschylea περί c. Dat. enumerat). Euripides novem (Schumacher 22), Pindarus septem (Bossler 47) locis, Ioh. Antiochenus et scriptores N. T:i περί c. Dat. numquam (Rueger 12, Winer 471) usurpant.

[2]) „Warum in der Prosa gerade πέρι nach dem Genitiv stehen kann, ist meines Wissens noch nicht untersucht“ (Delbrück 153).

α) dicendi:

λέγειν I. 57. 3; II. 37. 2; II. 52. 1; IV. 28. 2; V. 27. 3; V. 35. 2;

διαλέγεσθαι (particip.) I. 36. 2; II. 46. 2. III. 27. 4; III. 4. 3 (bis); III. 18. 1 περὶ τοῦ — πολεμήσειν;

κοινολογήσασθαι V. 27. 3; — κοινοῦσθαι IV. 13. 4; V. 29. 5; V. 42. 1; — διελθεῖν I. 6. 3; διεξελθεῖν V. 27. 2; — ἐπικηρυκεύεσθαι I. 48. 2;

εἰπεῖν II. 54. 2; III. 13. 1, 4; λόγον εἰπεῖν IV. 41. 3;

λόγους ποιεῖσθαι I. 20. 2; II. 48. 2; III. 31. 1; V. 48. 2; — λόγους καθιέναι V. 1. 4; λόγους προσάγειν VI. 2. 4; λόγους δέξασθαι IV. 45. 3; III. 31. 1; — εἰς λόγους ἐλθεῖν I. 36. 2; V. 40. 3; — εἰς λόγους ἀφικνεῖσθαι IV. 20. 1; — ἐς λόγους ἰέναι III. 4. 4; — λόγοι γίνονται III. 31. 1; III. 36. 1; — λόγος V. 27. 3; IV. 41. 3; — πρόρρησις ἐκ θεῶν II. 36. 1; — κήρυξ II. 44. 2.

Huc referenda sunt etiam I. 70. 5 ὅρκους ἐπαγαγὼν περὶ τοῦ μὴ ἐνδοῦναι τῇ πολιορκίᾳ; — IV. 11. 3 περὶ σπονδῶν — ἐδέοντο; — I. 11. 3 διάφορα γὰρ ἱστορήκασιν περὶ τῆς προαιρέσεως; — V. 31. 5 γράμματα περὶ τοῦ πρακτέου διδόντος.

β) cogitandi, deliberandi, consultandi:

διανοεῖσθαι I. 35. 2; V. 43. 2; — διασκοπῶν III. 26. 2; — πυνθάνεσθαι et compos. I. 57. 4; II. 16. 1; — ἀπορεῖν II. 36. 2;

βουλεύεσθαι IV. 17. 1; V. 23. 1; VI. 6. 3; — βουλή I. 54. 1; V. 33. 1; V. 29. 6 περὶ τοῦ πολεμεῖν;

γνωσθῆναι τ'ἀληθῆ II. 54. 2; — γνώμην ἔχειν II. 47. 1; V. 34. 1; γνώμη IV. 43. 3; IV. 55. 3;

σκέμμα II. 44. 2; — σκέψις V. 31. 3; — ἔννοια V. 1. 5; — συνθῆκαι IV. 38. 4; V. 26. 2; — ἀσφάλειαν δοθῆναι IV. 42. 3.

γ) (movendi et) affectuum: περὶ δὲ Στελίχωνος οὐδενὸς κινηθέντος V. 32. 3; — περὶ τῆς ἡγεμονίας ἀλλήλοις φιλονεικοῦντες[1]) I. 3. 1; — περὶ παίδων ἤδη καὶ γυναικῶν δεδιότες[1]) III. 4. 3; — περὶ τῆς Λιβύης καὶ Ἰταλίης γενομένης ἀμφισβητήσεως.

[1]) Cfr eundem usum apud Thucydidem (Debbert 3, 6).

Quinquies περί c. Genitivo, personarum et rerum, usurpatur in locutione τὰ περί τινος I. 4. 2; I. 64. 4; II. 49. 4; IV. 20. 6; V. 3. 2.

B. Cum Accusativo (178).

1. Locali sensu περί c. Acc. nonnullas significationis varietates præbet.

Primaria vi significat locum, circum quem quid iacet, prope quem quid fit: I. 31. 1 γένη — περὶ τὸν Ἴστρον οἰκοῦντα, simile I. 30. 2; — V. 38. 1 Ἀλλαρίχου περὶ τὴν Ῥώμην ὄντος, cfr V. 31. 4 τῶν περὶ τὴν ὁδὸν ἐσομένων δαπανημάτων „in itinere"; figurate III. 9. 5 ὄντι δὲ περὶ ταῦτα, similiter V. 41. 1, cfr III. 20. 4 περὶ τοῦτο δὲ ἔχοντος αὐτοῦ; — III. 9. 1 ἐδείπνουν περὶ τὰ αὐτόθι βασίλεια; — III. 17. 5 πύργοι δὲ εἱστήκεσαν περὶ τὴν τάφρον; — IV. 54. 3 περὶ τὸ τεῖχος παιδίας ἐνασχολουμένῳ; I. 18. 3 τοῦ βασιλέως περὶ Κάρρας καὶ Νέσσεβιν διατρίβοντος, cfr III. 15. 2 περὶ μικρὰ διατρίβειν; I. 69. 1 τούτων περὶ τὸν Ῥῆνον αὐτῷ διαπολεμηθέντων; I. 42. 1 περὶ τὸν Τύραν ποταμὸν ἀθροισθέντες; VI. 2. 5 δωρησάμενος τοῖς περὶ τὰς Ἄλπεις ἀπαντήσασιν αὐτῷ; — — II. 33. 2 τὰς περὶ αὐτὴν νήσους (bis); I. 13. 2 ἐν τοῖς περὶ τὸν Ῥῆνον ἔθνεσι, simil. II. 53. 3; — III. 5. 2 ἐκ τῶν περὶ τὸν ποταμὸν ὑλῶν, simil. IV. 48. 1; III. 7. 4 ἐν τοῖς περὶ τοὺς ἀγροὺς δρυμοῖς; I. 57. 3 ὄρνεα δὲ διαιτώμενα τοῖς περὶ τὸ ἱερὸν τόποις, similia sunt I. 49. 1; IV. 22. 3; V. 15. 1; — I. 69. 2 εἰς τὰς περὶ τὴν πόλιν χαράδρας; II. 25. 2 εἰς τὰς περὶ τὴν Χαλκηδόνα φάραγγας; II. 35. 2 τῆς περὶ αὐτὴν (τ. πόλιν) θαλάσσης; II. 45. 3 ἐν τοῖς περὶ τὰ Ἄδρανα τέμπεσι.

Multis locis περί præpositione, ex verbis movendi et substantivis pendente, significatur locus, in cuius vicinitate quid fit: III. 10. 3 περὶ τὸ Σίρμιον ἦλθε „kam in der Gegend von S. an" (S. & H.); III. 3. 3 περὶ πόλιν Ἀργέντορα — ἐπεραιώθη; II. 45. 3 τῶν δὲ στρατοπέδων — περὶ Μοῦρσαν πόλιν ἀλλήλων ἐγγὺς γενο-

μένων; IV. 45. 3 περὶ τὰ τέλματα καὶ τὰς — λίμνας συνέφυγον; — — IV. 39. 3 τοῖς περὶ τὸν ἠόνα τοῦ ποταμοῦ πεζοῖς ἐμπεσόντες; — I. 23. 1 ἐλῄζοντο τὰ περὶ τὴν Θρᾴκην χωρία, ubi περί c. Acc. fere Genitivi vice fungitur; similia sunt I. 43. 1; II. 49. 2; V. 15. 1; — IV. 26. 5 ἐν τοῖς περὶ Μακεδονίαν ἐνδιατρίβοντι τόποις, similia II. 53. 1; IV. 24. 4; V. 23. 1; V. 42. 2; — I. 13. 1 τὰ περὶ Παιονίαν καὶ Μυσίαν στρατεύματα; III. 31. 1 τῶν περὶ αὐτὰ (χωρία) φρουρίων.

Cum Accusativis personarum περί coniunctum his locis reperitur: IV. 31. 3 ὡς περὶ τὸν βασιλέα καὶ τοὺς περὶ αὐτὸν εἴη τὸ φαινόμενον πῦρ (significatio primaria); II. 55. 1 προσεπετίθετο δὲ καὶ τὰ περὶ τοὺς τοιούτους εἰωθότα συνίστασθαι τῶν συκοφαντίων ἐργαστήρια, „circum eiusmodi homines existere“; — I. 13. 1 τὰς περὶ αὐτὸν δυνάμεις ἀγείρας copiis suis coactis, simil. II. 18. 1; — I. 41. 1 ὑπὸ τῶν περὶ τὸν βασιλέα στρατιωτῶν ἀναιρεῖται; V. 24. 2 τῶν περὶ αὐτὴν γυναικῶν; V. 34. 5 τῶν δὲ περὶ αὐτὸν βαρβάρων καὶ οἰκετῶν — ὁρμησάντων. Locutio οἱ περί τινα huc pertinet IV. 19. 2 ὡς ἐδόκει τοῖς περὶ αὐτούς. Omnibus his locis hac locutione ita utitur Zosimus, ut de comitibus hominis agatur[1]): IV. 31. 3 οἱ περὶ αὐτόν, simil. I. 64. 4; V. 25. 1 οἱ περὶ τὸν βασιλέα; I. 10. 2 οἱ περὶ τὸν[2]) Ἐμισηνὸν Ἀντωνῖνον; — III. 15. 6 οἱ περὶ τὸν[2]) Ὁρμίσδην, quo loco tamen et de Hormisda et militibus eius intellegi potest.[3]) — Huc referri potest figuratum iam in sensum transiens II. 10 3 τοὺς στρατιώτας οὐ πιστῶς περὶ αὐτὸν ἔχειν αἰσθόμενος.

2. Translati sensus sunt quædam locutiones, in quibus localis vis cerni potest, sed περί cum casu suo aut attributi loco adiunctum est substantivo, aut nominis vice usurpatur, aut idem valet quod Genitivus:

---

[1]) Cfr quæ de hac re disseruit Krebs 103.

[2]) Cfr quod dicit Eucken: in locutione οἱ περί τινα nusquam apud Aristotelem articulum nomini proprio præponi (Hagfors 77).

[3]) Cfr οἱ περὶ τὸν Παῦλον, Act. 13. 13, Paulus cum comitibus suis.

οἱ περὶ τὴν αὐλὴν στρατιῶται, milites palatini I. 7. 2; II. 9. 1, 3; — οἱ περὶ τὴν αὐλὴν εὐνοῦχοι II. 55. 2; V. 24. 1; V. 46. 1; — οἱ περὶ τὴν αὐλὴν τάξεις II. 43. 4; III. 29. 3; — τὰ περὶ τὴν αὐλὴν τάγματα II. 32. 2; — quibus confine est I. 7. 2 τοῦ περὶ τὴν φυλακὴν τῶν βασιλείων τεταγμένου στρατιωτικοῦ τὴν — ὑφαρασάντος ἐξουσίαν; I. 54. 1 τοῖς μὲν περὶ τὴν Ἔμισαν πράγμασιν ἀπογνῶναι res emisenæ; I. 39. 1 τοῖς δὲ περὶ τὴν ἑῴαν πράγμασιν οὖσιν ἐν ἀπογνώσει res orientis; — II. 31. 2 τούς τε περὶ ἑκάτερα λέοντας περιελών; — adde V. 3. 2 εἷς τῶν περὶ τὴν βασιλικὴν θεραπείαν εὐνούχων;

οἱ περὶ τὴν αὐλήν aulici V. 25. 1; V. 17. 3; IV. 35. 2; — οἱ περὶ τὰ βασίλεια IV. 12. 2; οἱ περὶ τὸν Ἴστρον IV. 16. 4; — οἱ περὶ τὸ δεῖπνον, convivæ II. 42. 4;

τὰ περί τι quattuordecim locis legitur, e quibus hos exscribimus I. 39. 2 τὰ περὶ τὴν χώραν res regionis; I. 32. 2 τὰ περὶ τὴν Ἀντιόχειαν καὶ τὸν ταύτης οἰκισμόν; I. 20. 1 τὰ περὶ τὸν Ἴστρον; I. 30. 2 τὰ περὶ τὴν Ἰταλίαν καὶ τὰ ἐν Ἰλλυριοῖς καὶ τὴν Ἑλλάδα λῄσασθαι; IV. 47. 2 τὰ περὶ τὴν Ἰταλίαν καὶ Κελτούς; — τὰ περί τινα: III. 2. 2 τὰ περὶ Κουάδους καὶ Σαυρομάτας οἰκονομήσας res l. motus Quadorum; III. 10. 1 διατιθεὶς τὰ περὶ τοὺς βαρβάρους; IV. 12. 1 τὰ περὶ τοὺς Γερμανοὺς εὖ διαθέμενος; V. 18. 2 οἱ τὰ περὶ βασιλέα διατιθέντες. Huc referre placet etiam hæc quattuor τὰ περί τι, in quibus huius locutionis notio universa quod attinet ad — omnium maxime perspicua est (cfr τὰ περί τινος (p. 45) I. 4. 2 τὰ περὶ τὸν Ἀλεξανδρείας οἰκισμόν; III. 32. 3 τὰ περὶ τὸν πόλεμον; V. 3. 1 τὰ περὶ τὴν βασιλέως κηδείαν; IV. 50. 1 τὰ περὶ ταῦτα.

In aliis figurati usus exemplis περί c. Acc. usurpatur ea vi, ut significet homines aut res, ad quas pertinet actio vel affectio aliqua [germanice „hinschtlich“, „in Ansehung“]. Coniungitur cum verbis et substantivis et adiectivis, quæ negotium, curam, neglegentiam, animi affec-

